TRACTATUS FRANCISCI HERCULANI PERUSINI IURECONS. ET...

Francesco Ercolani




BIBLIOTECA NAZIONALE VITT. EMANUELE
13
24 A
12



TRACTATVS


FRANCISCI HERCVLANI PERVSINI

IVRECONS.

ET EQVITIS LAVREATI.

De cautione de non offendendo.

Cum licentia Superiorum, ac Priuilegio Summi Pontificis & Illustriss. Senatus Veneti.



IN VTRVNQVE

VENETIIS, Apud Io. Andream Valuassorem cognomine Guadagninum. 1571.

ILLVSTRISSIMO IVLIO CAESARI COLVMNAE,

FRANCISCVS HERCVLANVS PERVSINVS S.



VM superiori anno studiorũ causa Perusiæ morareris, suauissimũ ingenium, tuum scientia atque prudẽtia rerum uniuersalis, animi magnitudo, humanitas penè diuina, morũ probitas, antiquissimum, & toto terrarũ orbe Clarissimum genus me spiritusq; meos tibi occulta quadam energia adeo deuinxerunt; ut inde aliud magis quàm aliquam mihi dari occasionem animum meum tibi deditissimum demonstrandi non optauerim. In euoluendis autem iurisprudentiæ libris animaduerteram materiam cautionis de non offendendo à paucis tractatam, frequentissimasq; in foris totius Italiæ de huiusmodi negotiis quæstiones excitatas. Quamobrem ad compilandam digerendamq́ue materiàm huiusmodi animum appuli. Hanc multitudine, & diuersitate quæstionũ adeo implicitam inueni; ut ordo in eadem explicãda Methodicus ad amussim à me seruari non potuerit. Quare anni multis domi librum retinui, ue-

rum flagitantibns typographis & ſummã curam in edition e policentibus in publicum permiſi il- lum exire,uidebam enim meliorem ordine librũ reddi aut non poſſe,aut uix poſſe,ætate, & nego tijs meis in dies creſcentibus; tot autem labores in tenebris deliteſcere aut perire, equum non iu dicabam.Hinc facultatem mihi conceſſam eſſe pu taui deſiderio mea ſatisfacere. ſ. opuſculum meũ tibi dedicare,& deditionem uirium mearum uir tuti tuæ manifeſtare.Planè ſi munus nomini, uir tuti,generi tuo non reſpondet audacẽ animi mei deditionem excuſes,& uirtutis tuæ magnitudini uti formæ ſublimiori poteſtatem imbecillem at- trahendi id tribuas. Vale & animum meum tibi deditiſsimum ne aſpernere. Peruſiæ Idibus Mar- tij. M D LXIX.

Non

FINIS INDICIS CAPITVLORVM.

INDEX SVMMARIORVM in Libro in quò primus numerus folium, ſecundus ſummarium, ſignificat.

Aliud

B

C

Capien-

 consan-

Doctor

Extensio

G

H

I

fiet

Iudex

Iuramen-

O

Possessio

Pro-

Promit-

Q

Qui

R

Rebelles

S

FINIS.

FRANCISCI HERCVLANI

PERVSINI IVRECONS. & Equitis Laureati.

TRACTATVS.

De Cautione de non offendendo.

SVMMARIVM.

1 *Duplex definitio, seu descriptio securitatis de non offendendo, & nu. 2.*

3 *Vt natura, bona appetimus, sic à malis natura declinamus.*

4 *Cautio de non offendendo, præstatur non iure actionis, sed ex officio iudicis nobili.*

5 *Officium iudicis actioni non deseruiens, in sola iudicis uoluntate residet.*

Denegare officium iudicis quandoque est iniuria.

6 *Cautio de non offendendo, concernit utilitatem publicam, quatenus pax, & quies publica, priuatorũ concordia cõseruatur.*

7 *Existenti in possessione non præcedente diffamatione datur actio, ut ius suum consequatur.*

8 *Metus, talis requiritur, qui possit cadere in cõstante uirum, pro impetranda cautione de non offendendo.*

Vanus metus, est illegitimus.

9 *Metus in hac cautione requiritur secundum qualitatem sexus, & personæ.*

10 *Ad implorandum officium iudicis, in hac cautione, minor metus sufficit.*

11 *Flagella, mors, cruciatus, uultus terribilis, carcer alia, de quibus ibi, inducunt iustum metum.*

12 *Collectæ, si fuerint solutæ per rusticum, præsumuntur solutæ metu superioris.*

13 *Metus, semel illatus per tyrannum, præsumitur durare.*

14 *Metus non oporteret cadere in uero philosopho.*
15 *Cautio de non offendendo, impetratur, ne Resp. turbetur.*
16 *Causa metus sufficit probari in hac cautione.*
17 *Metus per coniecturas, & praesumptiones probatur ob defectũ probationis.*
Metus (ex sua culpa) non prodest.
18 *Timor reuerentialis, nõ est iustus timor, nisi cum reuerentia interueniat ænormis læsio uel minæ.*
19 *Timor quomodo probetur in minori 15. an. licet uerbera non interuenerint.*
20 *Promittens fideiubere, non tenetur seruare promissa, nisi prius data sibi promissione indemnitatis.*
21 *Securitas, quid sit secundum opi diuersorum.*
22 *Cautio, uel securitas de non offendendo, habetur uel per stipulationem, uel per pactum.*
23 *Stipulationum, quædam prætoriæ, quædam iudiciales, quædam conuentionales, quædam cautionales, & quædam communes, & unde dicantur, ibi diffuse.*
24 *Differentiæ multæ inter ipsas stipulationes.*
25 *Cautio, siue securitas de non offendendo, quando non est conuentionalis, quid sit.*
26 *Qui cauit, ex conuentionali stipulatione, dando fideiussorem, qui fideiussor postea est effectus non soluendo, non tenetur, iterũ cauere. Sed qui cauit ex prætoria, tenetur, quia adhuc sub est etiam obligatio cauendi, ex l. uel ex æquitate.*
27 *Hæc cautio, siue securitas an sit ciuilis, uel criminalis.*
28 *Causa criminalis illa dicitur, ex qua pœna uenit applicanda fisco.*
29 *Omes cautiones, ut à contractu pendentes, sunt ciuiles.*
30 *Qualibet pœna corporalis, est maior quacunq; pecuniaria.*
31 *Alium, pro alio obligari odiosum est, etiam in patre & filio.*
32 *Statutum, ut pater pro filio, & coniunctus, pro coniuncto obligetur, ualet, ut cessetur à delictis.*
33 *Fauorabile quid dicitur, respectu finis principalioris.*
34 *Per cautionem de non offendendo, occurritur maleficijs.*
35 *Hæc cautio, an sit fauorabilis, uel odiosa.*
Pœna suos tenet authores.

Quid

Quid ſit ſecuritas de non offendendo, an ex officio iudicis nobili procedat, quędā de verbo ſecuritatis, & qui metus requiratur, ut cautio hæc pręſtanda ſit, & an ea ſit ciuilis, an criminalis, item an odioſa, & reſtringenda. Cap. I.

1 
VOD † quid eſt ſecuritas de non offendendo? Guliel. Cun. in l. denuntiamus. C. de his qui ad eccle. confug. quem ſequitur Bart. in l. illicitas §. ne potétiores. ff. de offi. præſi. dixit quòd eſt legitimum præſidium quòd per officium pręſidentis iuſtè timéti datur.

¶ Hæc deſcriptio magis, quàm definitio (vt ex iis, quæ in libro de diffinitione ſcripſi, notari poteſt) probatur, ſecundũ eoſdem in d. l. denũtiamus. in l. metus, cũ l. ſeq. ff. quod met. cau. & in d. §. ne potentiores, & non inuenuſte, ad id adduci poſsét, quæ infra dicã: quãdo quis eſt faciẽdus ſecurus not. per Ang. in l. Papinianus. § ſi quis. ff. de inof. teſt. & per Iaſ. in l. 1. col. 3. ff. qui ſatiſd. cog.

¶ Hæc definitio, & ex eo impugnari poteſt, ꝙ caret genere, quia legitimum præſidiũ eſt id, quo cauſatur ſecuritas, non autem id quod. Item nos loquimur de timéte ſe offendi in perſonã, definitio uerò hæc loquitur indiſtinctè Planè ſi factum reſpiciamus, forſitã ſuſtineri poſſet. Videturq; congruẽtius definitio huiuſmodi cautioni de nõ offendendo adaptari vt † cautio de nõ offendendo ſit legitimũ præſidium quod iuſtè timenti ſe offendi per iudicem conceditur; nunc enim cautionem accipimus non tantum verbis, ſed & re ipſa ut de illo apud Vlpianũ habetur in l. ita aũt. §. Iulianus. ff. de admin. tut. de ſequẽti apud Ciceroné Tuſcul. l. 4. † ut bona natura appetimus ſic à malis natura declinamus, quę declinatio cum ratione fiet cautio appellatur.

4 ¶ Notanda tamen eſt definitio Gulielmi, † quoniam præſupponit hãc ſecuritatẽ præſtari iudicis officio (quod in potiori ſignificatu interpretati poſſumus hoc eſt de officio iu

dicis nobili)non ergo iure actionis,ex quo ſequitur quòd iudex ſi uelit poteſt eam denegare uel iuſtè petenti, quo-
5 niam † officium iudicis actioni non deſeruiens in ſola iudicis volũtate reſidet, verum tamẽ eſt,quod eſt iniuria quandoq; denegare officium iudicis. l.1.§.pen.ff.de aq. quot. & æſti.ex quo datur appellatio.l.1.C.ſi ſep.in int.reſtit. poſtul.& decl.Bart.& alii in l.2.col.3.ff.de iuriſd.om.iudic.quod uidetur eſſe uerum ubi cõcernit ius parti competens.& ita quòd hoc officium ſit officiũ iudicis nobile ſcribit Fran.Rip.in l.quod iuſſit.col.j.ff.de iudiciis ubi quoq; tractat quomodo officium iudicis nobile reuocari poſſit, quod poteſt ad materiam applicari. Circa hoc tamen aduer
6 tendum eſt,quoniam ut infra apparebit † cautio hęc concernit utilitatẽ publicã,quatenus pax, & quies publica priuatorum concordia conſeruatur, idq; reſpicere videtur officium illud nobile,at cum iudex mouetur? quia ego timeo mihi inferri uiolentiam,uidetur officium deſeruiens condictioni mihi competenti ex l.denuntiamus.C.de his qui ad eccleſ.confug.& ex.§.ne potẽtiores.l.illicitas.ff.de of. pſi.ut in ſiñi habemus titulum ne uis fiat ei,eo.tit.ff.ne uis fiat ei,& non defuerunt qui dicerent eſſe quartũ interdictũ quo agatur ad conſeruandum de quo in.l.3.§.miſſum.ff.de carb.edict. in l.fin.C.eo.tit.per ſcrib.in.§.nihil commune in princ.l.naturaliter.ff.de acq.poſſ.cogn.integ. filiusfami
7 liàs.ff.de reg.iu.à quo nõ abeſt quod † exiſtenti in poſſeſſione non præcedente diffamatione datur actio, ut ita ius ſuũ conſeruet Guid.Pap.dec.219.

¶ Ex eo autem quòd in definitione dictum eſt iuſtè timenti
8 concluditur † quòd non quilibet timor ſufficit ad impetrandam hanc ſecuritatem, ſed metum iuſtum eſſe oportet,hoc eſt talem,qui cadat in conſtantem virum,iuxt.tex.in l.metum.ff.de eo quod met.ca. Alex.conſi.98.conſi.99. lib.3. conſi.156.lib.5. Deci. ſcribit in l.in omnibus.ff.de reg.iu. non enim incertum eſt uanum metum eſſe metum illegitimum iuxt. not.per Iaſ.in l.ſi quis ab alio.ff.de re iudicat.
9 † alius tamẽ metus in fœmina,alius in maſculo requiritur, alius in potentiore, alius in inferiore Abbas in c.cauſam matrimo-

matrimonij.ex.de off.dele. Abb.tñ in c.fin.nu.7. ex.de eo
10 qu.met.cauſ. †minorem metum ad implorandum hoc of-
11 ficium iudicis ſufficere exiſtimauit.†Flagella,morté,cruciatum eſſe iuſtũ metum Abb. in c.cauſam.& in c.pen.ext. qu.met.ca.& de uultu terribili ſcribit Iaſ.in l. de pupillo. §. ſi quis ipſi prætori. ff. de ope.no.nun. & carcer eſt iuſtus metus ſec. Abb.in c.accedens. ex.de procu.terrorem armorum licet armis quis uſus non fuerit iuſtum metum Alex. conſ.98.& ſeq.li.3.ubi & ex eo,ꝙ quis in flagitio deprehẽſus fuerit iuſtus metus dicitur, & deponere arma non facit quominus metus iuſtus incutiatur. Minæ cauſa ſunt iuſti timoris in ſolito exequi. Iaſ.in l.1.C.de ſer.fugi. & in materia ſcribit Franc. Rip.in rub. ff.de dam. infe.col.2. Iaſ.in l. ſuper.col.2. C.de tranſac. Abb.in c.2.col.2. de off.deleg. Pariſ.conſ. 168.col.2.li.4. & de minis in uitam deciſ.Delphin. 125.de terrore quoq; ex armis licet depoſitis Alex. conſil.48.lib.4.Dec.in l.qui tutela. §. penult. ff.de regul. iur.metus ex iuſſu principis quomodo iuſtè cauſetur. Alexand. conſil. 16.ponderatis.lib.3. conſil.124. in fin. lib.1. Minæ parentum in matrimonio quatenus attendantur Doctor. in l.Titia. ff.de uerbo. obligatio. Timor offenſionis in filios, & cæteros deſcendentes iuſtus timor. l.iſti quidem. ff. qu met. cauſ. Soz. iun.conſ.134. col.6.li.3.conſi. 77.nume. 38. lib.1. & de timore offenſionis in conſanguineos Iaſ.in l. 1.C.ſi qs omiſſ.ca.teſta. in l. ait prætor.§. ſi quis ipſi prætori.ff.ſi qu.om.cau.teſt.Fel.in c.eccleſia S.
12 M.uerſ. 13.q.de conſtit.Soz.iu.conſ.59.col.1. li.3.†Collectas ſolutas ex metu ſuperioris præſumi qñ per ruſticum fuerint ſolutę.Soz.iu.conſ.98.col.pe.li.3.de iuſſu ſuperio
13 ris Abb.in c.inſinuante.ex. qui cle.uel mon.†& metus ſemel illatus per tyrannum p̄ſumitur durare. Abb.in c.1.ex. qu.met.cau. Timor amiſſionis bonorũ eſt iuſtus metus ſec. not.per Soz.iu.conſ.77.nu.30.lib.1. Abb. in c.Gemma.ex. de ſponſa. quibus addenda ſunt notata per Abb. in c. cum inter.ex.de elec. in c.cum dilectus. ex.qu.met.cauſ. Itẽ ex ſuborta lite uel pręambula inimicitia iuſtum timorẽ Frãc.
14 Rip.in rub. de dam.infec.nu, 19.†Item licet in uero Philo

ſopho metum cadere non oporteret.tñ proptcrea eundem
15 ab officio hoc non excluderem, qm̃ † & ut reſpublica non turbetur impetratur hęc cautio.l.æquiſſimum ff.de uſufru
16 ctu.l.congruit.ff.de off.præſi. † Præterea ſufficit probare cauſam metus licèt non id fiat ex quo metus.Alex.cõſ.98. col.fi.lib.3.ubi in matrimonio contracto per metum, & in confeſſione extorta per torturam,ad hęc Alex.in l.ſi cũ do tem.§.eo aũt tp̄e.ff.ſol.mat.Iaſ.conſi.165.lib.1.Dec.conſ. 468.conſ.498.Marſ.in l.pen.col.4.ff.de qõ ſing.325.& generatr qũo probetur metus,quis ſit iuſtus metus, qũo purgetur,& an magis credatur teſtibus de metu affirmantibus quàm contra aſſerentibus de libera uoluntate, & de materia Dec.& Cag.in reg. in omnibus. ff.de reg.iu.ubi & ipſe dixi in paraphreſi mea ad Tit.de reg.iu. & an metus purgetur per p̃ntiam amicorum cõiunctorum, prætoris,& hmõi
17 uidenda ſunt notata in l. tranſactionis. C.de tranſac. † & metum per coniecturas,& pręſumptiones propter difficultatem probationis probari Alex.conſi.98.& ſeq.li.3.conſ. 3.lib.eo.Alcia.3.reg.præſ.7. Cępol.cauſ.ciuil.conſi.2.nu. 5.Alex.conſi.156.li.5.Dec.cõſi.219.Iaſ.in l.interpoſitas. C.de tranſact.Doct.in l.ait.§.ſi quis ipſi p̄tori.ff.de ope. no.nun. Aymo.conſi.49. & teſti uni de metu magis quàm aliis de libera uoluntate credi ſunt qui dicãt ut per Cępo. caut.144.& metũ ex ſua culpa non prodeſſe tex.eſt ſingularis in l.mulier.ff.qu.met.cau.Doc.in c.abbas ex. eo.tit.Io.
18 de amic.conſi.34.ubi de cõi opi.eſt quòd † timor reuerentialis regulariter non ſit iuſtus timor.Bar.in l.1.§.quę onerandæ.ff.quar.rer.act.non det.Fely.in c.nonne.ad fi.ex.de præſump.Fely.in c.cauſam. ex.de off.deleg.ubi de comm. Capit.deciſ.159.nu.33.Dec.in l.interpoſitas. C.de trãſac. niſi cum reuerentia interueniat enormis læſio Pariſ.conſ. 139.lib.4.Dec.conſi.229.conſi.468.nu.24. & niſi interueniant minæ,ut per Soz.iu.conſi.77.in fi.lib.1.& de hoc metu ſcribit Aymo.conſi. 114.col.1.& ſeq.conſi.282. col.fin. Dec.conſi.232.con.d.468.Abbas in c.cauſam.ex.de off.de
19 leg.in c.1. & 2.ex.quod met.cau. † Et in minore quindecim annorum licet uerbera non interuenerint qũo probetur

tur

tur timor Soz.in consi.47.lib.3.& ex rogamine qũo inducatur metus Abb.in c.cum contingat.ex.de iureiu.

¶Ipse tñ in materia qũo probetur cõcludenter metus ubi specialiter bonas doctrinas nõ reperirem, reseruarẽ hoc arbitrio iudicis, qui arbitraretur qui esset iustus, aut non iustus metus, ut in materia scribit Bar.in l.hæc aũt.in prin.ff. si cui plusquàm per leg.falcid. Abb.in c.1. col.1.ex.de off. dele.Fely.in rub.ex.de treu. & pac.nu.14.& uide in materia bonam decis.Boer. 100.præsuppono.

¶De uerbo securus, & securitas, uariis in locis in iure fit mentio, ut in auth.agricultores. C.qu.res pign.oblig.poss. in l.si cuius.ff.de usufru.l. 1.ff.qui satis.cog. in c.literas.ad fi.ex.de resti.spol. & ille qui promisit facere securum quatenus obligetur Ias.in l.sancimus in fin. C.de uerb. sig.ubi

20 quoque† q̧ promittens fideiubere non tenetur seruare ꝓmissa nisi prius sibi data promissione indemnitatis.† & Pli

21 nius inquit episto.332.uidendum ne multorum securitas subruatur. Cicero in q.Tuscul. securitatem nunc appello uacuitatem ægritudinis. & hanc Philosophi dicunt animi constitutionem cura uacantem. Hæc, quæ à nobis securitas dr̃ à Iustiniano in l.sancimus.C.de uerb.sign.ἀσφάλεια dicitur ut interpretatur Alcia. in l. habere. §.cautum.ff.de uerbo.sign. quòd assecurare aliquem importat eum liberũ reddere ab omni metu ut importat pignus, & fideiussores, ut latè per Soz.consi.93.col,1. & seq. lib.1. & securitas dr̃ inquit Bal.in l,1.in fi.C.si adu.solu.quę nullo modo expugnari potest, & quæ sit plenissima securitas Ang. cõs.256. col.3.Tiraq.de retract.§.35.gl.4.nu.38.

¶Cautionis autem uerbo non solum usi sunt Iureconsulti, sed & cautelæ, ut in l.si defunctus. §.qui ad.ff.de procur.l. quamuis.in prin.ff.de pign.actio, in l.si debitori. ff.de iudiciis. l.si plures. ff.deposit.Iustinianus in l. sancimus. C.de uerb.sig.quod ea ratione factum Tiraq.putat de retract.in præfat.nu.67.qua tutelam dicimus.Cautionis aũt & securitatis uerbis utimur indifferentibus in hoc tractatu.

22 ¶Hæc cautio,† siue securitas de nõ offendẽdo, habetur uel per stipulationem, uel per pactum, (de quo hic nõ tracta-

bo, quoniam non ad rem multum, q. huiusmodi mihi fa-
23 cere vr) quæritur tñ, † an hæc cautio sit prætoria, an iudi-
cialis, an cõuentionalis, an cautionalis, an cõis, cum per sti-
24 pulationem contrahatur. Vt hoc dilucidè cognoscatur; † ui
dendũ prius est de differentiis prædictarũ stipulationũ: in
quo referam id, quod scripsi in Antiparadoxis meis contra
Alcia. lib. 1. c. 1. Prætorias stipulationes illas esse, q̃ à lege
ꝑtoria, iudiciales, q̃ à lege ciuili cõmunes, quæ tã à ꝑtoria,
q̃ à ciuili lege proficiscuntur cõi opinione receptũ uide-
tur, ut per omnes in l. 5. §. 1. ff. de uerb. oblig. Alciat. tamẽ
lib. 1. c. 1. paradox contra sentit quòd non origo eius à quo
stipulationes introducuntur, sed coram quo illæ exercean
tur spectetur. ipse autem ad defensam communis illius opi
nionis dicendam non solum exercitium, sed & originem, &
forsitan magis originem ad denominandum stipulationes
spectari, quoniam inquit Tribonianus in §. 1. instit. de di-
uis. stipulat. Prætoriæ stipulationes dictę sunt ex eo, quòd
ex mero prætoris officio proficiscuntur, non autem inquit
propterea dicuntur prætoriæ, quòd coram prætore exer-
ceantur. Nec id dici poterat, quoniam cautio de damno in
fecto coram magistratibus municipalibus exerceri potest.
l. 1. ff. de dam. infect. Hæc tamẽ prætoria est. l. 1. ff. de prẹt.
stipulat. Item actiones ædilitiæ coram ędilibus, & tamen
prætoriæ dicuntur quòd ab authoritate prętoris proficiscã
tur. §. prętorum. Insti. de iust. & iure. Eadem probant quæ
de prætoriis actionibus leguntur in §. sed istæ. Instit. de
actionib. Inde Alcia. impugnabat cõmunem illam opinio-
nem de qua supra; quia de dolo cautio iudicialis est, actio
tñ de dolo, ex edicto prætoris proficiscitur. Respon. ꝙ cau
tio de dolo hoc est illa, qua dolum malum abesse promitti
mus si pignus restituatur iudicialis est; quia ex iudicis offi
cio implorato cõceditur: sed actio de dolo prætoria est ea,
quæ ex edictis prætorum proficiscitur. §. 1. Insti. de diuis. sti
lat. quòd uerò de tractatu de eo quod metus causa Alciat.
immiscet, aut ut supra diximus tollitur aut ad rem non ꝑ-
tinet, ut & illud de stipulatione duplæ, quam cõmunẽ esse
ambigendum non est. d. §. 1. Inst. de diuis. stipula. Inde inqt
Alciat.

Alciat. si à lege inductæ sunt stipulationes quare non legitimę dicantur. Respond. nomina ad placitum imponi, & sufficere uidetur, quòd à iudice dicantur, qui portio est legis siue minister ut in l. Celsus. ff. de arbi. legitimi enim uerbū generalissimum est, hac enim ratione & prætoriæ legitimę dicerentur, quia prætor portio est iuris ciuilis. §. ius autem ciuile insti. de iu. & iu. item si argumētatio huiusmodi procedit quare non ciuiles dicantur omnes?

¶ Ex supradictis satis se impugnasse cōmunes traditiones Alciat. putauit. παράδοξον protulit suū hoc est ꝙ prætoriæ stipulōnes illæ sunt, quæ coram prætore exercentur, iudiciales quæ corā iudice, communes quæ coram utroq;. Sed opinio hæc non tantum iure non probatur, quinimo iuri aperto aduersatur, inquit enim Trebonianus prætoriæ stipulationes sunt quæ ex prætoris iurisdictione proficiscuntur, iudiciales uerò, quæ ex mero iudicis officio, cōmunes tandem quæ ex utroque: quia quandoq; prætor, qñq; iudex de iis interloquitur. ut in §. 1. insti. de diuis. stipu. & iterum in l. 1. ff. de prę. stipu. dr̄ iudiciales stipulationes dictę sunt quæ propter iudicium exercentur. Inde cautio de dāno infecto prętoria est illa tamen si mora dilationem non patitur per magistratus municipales expeditur. l. 1. ff. de dam. infect. inde stipulatio de iudicio sisti, & iudicatū solui iudicialis, nunquid ergo si coram prætore exercetur fiet prætoria? Inde quis stipulationem cautionalem ut legatorum nomine caueatur ex eo ꝙ aut coram iudice, aut corā ꝑtore exerceatur magis prætoriam aut iudicialē dicet? His atq; huiusmodi hæc Alciat. opinio repelli potest sed breuitatis causa illa prætermitto. Equidem de his ita sentio stipulationes aut prætoriæ sunt aut iudiciales, aut conuentionales aut communes hoc est tam prætoriæ, quàm iudiciales. Rursus prætoriæ quædam sunt iudiciales, quædam cautionales, quædam communes hoc est tam iudiciales, quàm cautionales, ut in l. 1. ff. de præt. stipul. & in §. 1. insti. de diuis. stipul. hæc probantur iudiciales illæ de quibus in prima diuisione sunt quæ ex mero iudicis officio proficiscuntur nō ex edicto lege, Senatuscōsulto, quòd ita æqui

tas iudicis suadeatur officium de his cautionibus interponatur, ut si agenti mihi pignoratitia caueri uelim dolũ malum abesse, uel petam mihi caueri de persequendo seruo, qui in fuga reperiatur ut in d. §. 1. de diuis. stipul. prętorię sunt quæ ex prætoris iurisdictione proficiscuntur ut inqt tex. in d. §. 1. inst. de diuis. stipul. Harum quędam sunt iudiciales, quædam cautionales, quædam communes. Iudiciales prætoriæ sunt quæ propter iudicium magis prosequendum, aut finiendum instituuntur ut rem ratam dominum habiturum. d. l. 1. ff. de præt. stipul. Cautionales illæ sunt, quæ ut quis magis cautus sit interponuntur ut cautio ut legatorum nomine &c. Communes prætorię sunt quæ tã iudiciales, quàm cautionales sunt ut per tex. in d. l. 1. ff. de p̃tor. stipul. apertè probatur. Conuentionales illæ sunt quæ ex conuentione partium proficiscuntur, communes uerò quæ tam prætoriæ sunt quam iudiciales, quòd quandoq; prętor, quandoque iudex de iis interloquatur ut expresse declarat tex. in d. §. 1. instit. de diuis. stipul. ¶Ex his itaq;
25 sum in opinione, † quòd hæc cautio siue securitas quando non est conuentionalis; quia ex conuentione partium data fuerit sit potius iudicialis quia, scilicet ex mero iudicis officio datnr ex l. denunciamus. C. de his qu. ad eccl. cõfu. & l. illicitas. §. ne potentiores. ff. de of. præsi. suasione, aut erit cautionalis ut sonat uerbum ipsum aut erit cautio quędam exorbitans, uel mixta.

¶Hæc ad id utilia sunt, quoniam multæ sunt differentiæ inter has stipulationes, sed ipse unam tantum referre con-
62 tentus ero, hoc est † quòd ille qui cauit ex conuentionali dando fideiussorem qui post effectus est non soluendo, non tenetur iterum cauere, sed qui cauit ex prætoria tenetur: quia adhuc subest obligatio cauendi ex legè, uel æquitate ut dicit Bar. in l. prætoriæ. ff. de prætor. stipul. quẽ latissimè sequitur Afl. dec. 172. p̃ totam vñ nota ad propositum.
27 ¶Iuxta prædicta quæro. † utrum hęc cauctio siue securitas annumerari possit, & debeat inter causas ciniles an inter criminales? videtur quòd inter criminales; quia quotidie tractatur p̃ iudices criminales, itẽ ex causis criminalibus

videtur

vr originē trahere. Itē uidemus obseruari ꝙ ſꝑ ſtipulatio pœnę concipitur in fauorem fiſci, uel ut in regionibus noſtris dicitur in fauorē Cameræ Apoſtolicæ, quæ uidetur
28 idem cum fiſco, & certum eſt † quòd dicitur cauſa crimnalis illa ex qua pęna uenit applicāda fiſco, ut ꝑ Bar. & alios in l. 3. ff. de ſepul. uio. & per Iaſ. inſti. de act. in prin.

¶ In contrarium tñ ꝙ hæc cautio ciuilis cā ſit, & inter cauſas ciuiles numeretur (ut in cautione de ſe repræſentando
29 ꝙ magis eſt conſultum uidi) qa † oēs cautiones ut à cōtractu pendentes ſunt ciuiles Corneus ſcribit conſ. 217. col. 2. li. 2. Hierony. Grat. conſ. 136. col. 2. li. 1. à quibus nō abſunt quæ ſupra ſcripſimus per l. 1. ff. de præt. ſtipul. §. 1. in ſti. de diuiſ. ſtipul. Quam ob rem in materia cautionis de non offendendo fœminas in teſtes recipi ſcribit Alex. cōſ. 215. col. pe. lib. 4. & ulterius inferri poſſet ꝙ in defectum ſemiplenæ probationis deferri poſſe iuramentum iux. no. in l. admonendi. ff. de iureiur. & quòd in ea ad torturam pro-
30 cedi non poſſet; qa q̄libet † pœna corporalis maior eſt qualibet pecuniaria, ut in l. in ſeruorum. §. fi. ff. de pœnis. Itē banna q̄ quotidie fiunt ꝙ ſ̃. quinquaginta ſcutos adhiberi poſſit tortura in cauſis criminalibus hic non ꝓcedet: quia non eſt cā criminalis. Item dici poſſet ꝙ iudex maleficiorū non deberet de ea cognoſcere, ſed ciuilis, iuxt. l. ſolemus. §. fi. ff. de iudiciis. Cęphal. aũt conſ. 35. n. 35. dicit ꝙ quoad partes iudicium hoc eſt ciuile, quoad fiſcum criminale per not. in rub. ex. de iudic. & in l. 3. de ſepulchr. uiolat.

¶ Quæ ſi in ſpecie ab aliquo poſita inueniſſem audacius aſſererem, ſed quia rationes prędictæ ita ſuadent non audeo etiam illud idem diffiteri iudices tamen quoſdam non ita penſantes uidi prorumpere contra prædicta, tu tamen cogitare poteris; quia ſæpe eueniunt.

¶ Quod prætereà iuxta prædicta utrum hæc cautio iudicari debeat odioſa, an fauorabilis? ꝙ ſit odioſa, & propterea reſtringibilis, & ſtrictè interpretanda ſcribit Anch. cōſ. 52. pro clariori in prin. Io. And. in reg. fruſtrà. ff. de reg. iu. in mercu. Bar. in l. licitatio. §. quod illicitas. ad fi. ff. de publi. Corn. conſ. 167. col. pe. li. 3. quod & ex eo ſuaderi poteſt;

quia

31 quia & stipulatione siue uerbis concipitur, † & alium pro alio obligari continet quod odiosum est etiam in patre & filio, ut scribit Dec.cons.359.cons.491. cons.525. Ale.cõsi.42.col.6.lib.1.à quibus non abest.l.si quis.C.de inof.testa.c.1.de iniuriis cum ibi not.unde & illud infertur quòd
32 † licèt odiosum sit quòd alius pro alio obligetur tamen ualet; quia ualet statutum quòd pater pro filio, & cõiunctus pro cõiuncto teneatur ut cessetur à delictis, ut scribit Ale. in l.sæpe.nu.12.ff.de re iud.cons.42.lib.1.Ias.in l.si quis. C.de inof.test.Fely.in c.2.ex.de consti.unde & illud infertur quòd licet consanguineus non teneatur cauere pro cõsanguineo, uel pro se, cum à se non timeatur; quia deest timor, & alium pro alio non conuenit prægrauari iuxt.d.l. si quis, cum supradictis tamen si statuto id caueatur statutum ualet & debet obseruari. & idem si ex consuetudine contingat.l.de quibus.ff.de leg.cum si.
33 ¶ Planè non ignoro quòd † fauorabile quid dr̃ respectu finis, & finis principalioris, ut diuerso respectu idẽ dici possit odiosum, iuxta latissimè scripta per Dec. in l. uenia.C. de in ius uocand. ubi & reliqui scribentes & Doct. in l.1. ff.solut.matri.& scribitur per Tiraq.in præfat.tract.de re-
34 tract.nu.64.& quia † per cautionem de non offendendo occurritur maleficiis uidetur materia fauorabilis iuxt. l.ita vulneratus. ff.ad leg. Aqui.Bar.in l.2.§.exercitũ. ff.de his qui no.infa.& in l. quemadmodũ. C.de agric. & censi.lib.
35 11.& late p̱ Cagn.in reg.in omnibus.in fi.ff.de reg.iu. † quãobrem ipse dicerem quòd ab initio materia fauorabilis sit hoc est dũ tractamus de danda hac cautione sed cum tractamus de data & pœna infligenda uidetur materia restringibilis, & odiosa, tum aliis rationibus tum quia pœnalis iuxt.l.pen.ff.de pœnis tum per Soz.in consi.117. col.fin.li. 3.cum similibus præsertim si agitur de persona ad perso-
36 nam pœna est extendenda, quia † pœna suos teneat authores.l.sancimus.C.de pœnis cap.quæsiuit, ex.de his qu.fiu. à maio.part.cap.Tiraq.de retract. §.1.glo.18.nu.67.unde nota quòd ab initio si dubitamus an pro hoc siue pro illo latè agendum est, quia minus delinquetur.

SVM.

SVMMARIVM.

1 *Quadruplex est cautio de non offendendo, ut ibi latè.*
2 *Libera persona est inæstimabilis.*
3 *Officiũ iudicis imploratur quãdo timetur dãnũ inferri à re, rei, uel à re, in personam, ut illa res uel reficiatur uel tollatur.*
4 *In meo eatenus mihi facere licet, quatenus etiã ibi noceat: dummodo in tuum non immittam.*
5 *Pœna ibi cadit, ubi est controuersia.*
6 *Dominus domus ruinosæ si est pauper, iud. officio compelli potest ad uendendum eam uolenti reficere maximè, si inde fieret perspectus ciuitatis pulchrior.*
7 *Damnum, si timetur à persona rei, per officium iud. præstatur cautione id fiat.*
Ementes indomitos boues, quomodo stipulari solitos, secundum M. Varronem.
8 *Vbi non licet alicui aliquid facere propria authoritate, imploratur officium iudicis.*
9 *Qui possidet, et se defendit, nõ dicitur uim facere, sed uim repellere.*
10 *Qui est in possessione & turbatur, uel timet turbari ab aliquo, põt implorare officium iudicis absque libello, ut illũ prohibeat, uel uim fieri uetet, ne partes ueniant ad arma.*
11 *Vt quis declaretur possessor, ad repellendam uim de futuro, necesse est ordinariè agere.*
12 *Vbi est dubitatio armorum, incipitur à præcepto, absque citatione partis.*
13 *Sequestratio licet regulariter prohibita sit, (si tamẽ inter duos de possessione contendatur ne uis fiat) Iudex potest auocare ad se possessionem & sequestrare.*
Occurrere litibus, spectat ad iudicem.
Ex officio suo) Iudex suadere debet concordiam.
14 *Ex officio suo iudex potest cogere partes contendentes se inuicẽ possidere, ad porrigendum libellum, uel alteram, uel sine libello litem finire, uel auocando, uel sequestrando possessionem quod tamen intellige, ut ibi.*
15 *Iudex iustitiam ministrare debet, nec parti præiudicium afferre auocando, uel sequestrando possessionem: uel cogendo partem ad concordiam.*

16 *Iudex quid agere debeat quando inter cõtendentes de possessione est timor armorum, & quid quando non est timor armorũ.*

17 *Quando constat alterum ex litigantibus possidere, & iudex ad instantiã alterius auocauit penes se possessionem uel sequestrauit, quid agere debeat pars damnum passa.*

Ad cognoscendum uter possideat, quomodo procedatur.

Differentiæ inter iudicium summarium, & ordinarium.

18 *Auocatio, seu sequestratio possessionis quõ p iudicẽ fieri debeat.*

19 *Citatio, in cognitione causæ, est necessaria.*

20 *Possessor etiam iniustus, possessione sua, priuandus non est.*

21 *Sequestratio, & auocatio facta absque causæ cognitione, et de facto, et non seruatis seruandis, de facto, põt, & dẽt reuocari.*

Via, quam quisque elegit, sibi pateat.

22 *Qui semel accepit possessionem non habet amplius interdictũ adipiscendæ.*

23 *Nemo debet consequi præmium, ex delicto suo.*

Fragile est confidere cautioni.

24 *Auocatio, & sequestrum respicit non solum scandalum, sed etiã celeriorem expeditionem litium.*

25 *Cautela quando uterque contendit se possidere.*

26 *Cõgregare homines licet, ad repellẽdã uim, quæ fieri posset, nõ solu pro continuanda possessione, sed ẽt pro adipiscẽda de nouo.*

27 *Quis non debet locupletari cum aliena iactura.*

28 *Duo si litigent super possessione, & uterque probet super possessione præsenti, fauetur melius probanti, et aduersario prohibetur accessus.*

29 *Si duo possideant eandẽ rẽ, alter naturaliter, clã, uel precario, ab aduersario, alter ciuiliter possidens obtinere debet.*

30 *Auocatio, & sequestratio procedit, quãdo possessio est uacua, et utraque pars contendit se mitti in possessionem, & ut ibi.*

31 *Possessio dicitur uacãs, ẽt si per statutũ in hæredẽ continuetur.*

32 *Si inter superiorẽ, & subditum litigetur, et timetur de scãdalo, uel ad cautionẽ de non offendẽdo, uel ad sequestrũ recurritur.*

33 *In re tua eatenus tibi facere licet, quatenus mihi principaliter non noceas.*

34 *Multa ab initio fieri prohibentur, quæ tamen facta tenent.*

35 *Cui datur actio, multo magis datur exceptio.*

Quotuplex

Quotuplex ſit cautio de non offendendo, & quomodo deueniri poſsit ad ſequeſtrum poſſeſsionis. Cap. II.

NVNC uidendum eſt, quotuplex ſit cautio de non offendẽdo. Doctores cõiter dicũt in d. §. ne potẽtiores, l. illicitas. ff. de offi. pſi. & per Ripã in rub.
1 ff. de dam. infe. & alibi tractantes, † quòd eſt quadruplex à re rei de qua tot. tit. ff. de dam. infec. & hæc eſt prima. Secunda eſt, q̃ datur à re perſonæ, quam in iure nõ reperiri Guliel. Cun. putauit ut per Bar. in d. §. ne potentiores; qm̃ ſi à domo tua, in perſonã meam timeo ruinam fieri: illhac tranſire non debeo. l. qui bona. §. 1. ff. de dam. infec. debet. n. mihi imputari illhac tranſeunti cũ alio poſſim Bal. conſi 329. li. 1. Alex. conſi. 112. col. fi. li. 2. Iaſ. in l. ſi ab arbitro. col. 1. ff. qui ſatiſd. cog. Gozad. conſi. 74. col. 1. Rip. de peſte fol. 8. implorari tñ poſſe officium iudicis in tali caſu ſunt qui putent, ut tale ædificium ruinoſum reficiatur ſec. Spec. in ti. de ſatiſd. §. fi. uerſ. circa. Bar. in d. §. ne potentiores. nu. 3. & ſequitur Alex. in rub. ff. de dam. infe. ubi argumentatur ab impoſſibili, quòd in tali caſu, in quo ti-
2 metur à re in perſonam non põt caueri de damno, † quia inæſtimabilis eſt libera perſona: & in cautione de dãno infecto uenit intereſſe. & ſequitur Ripa de dam. infec. in rub. col. 1. & forſitan ſentiunt termini tituli. ff. de his qui deie. uel effudc. qm̃ non datur cautio ne noceatur, ſed dat̃ actio
3 ut tollatur. l. 1. cũ ſeq. ff. ad leg. Rhod. de iact. † in his ergo caſibus remediũ eſt implorare officiũ iudicis uel ut tollat̃, uel ut reficiatur præſertim ſi ita petens neceſsitate coactus ſubeat periculũ ruinæ ædificij. Sed quid ſi nõ tollatur, nec reficiatur, & timens damnum inferri in perſonam ipſe refecerit utrum actionem habeat pro expenſis? & habere ſcribit gl. Caſtren. & alij in l. in hac. ff. de dam. infec. data negligentia dñi, de qua conſtare oportet per requiſitionẽ, & ita ſcribit intelligens. d. l. in hac. Rip. in d. rub. ff. de dam. infec. ſubdens quòd ſi timens ſibi dãnum inferri pauper eſt remedio

medio ut reficiatur uti poterit(quod forsitan præcise intelligendum est)quòd si & ille pauper est uel ut tollatur,uel ut possideatur agetur,in quibus electio erit debitoris iux. l.plerunq;.ff.de iur.dot.cum simil.Hæc uera sunt si aliter, aliove itinere cõmodè iri nõ possit.iux.not.in l.1.ff.si quis caut.in quo illud non reciperem,quod scribitur per Doct. in d. l.1.& in itinere.ff.de uerb.signifi. hoc est quòd consue
4 ta uia, uel magis plana attẽdatur,† quoniã in meo eatenus mihi facere licet quatenus etiam tibi noceat dummodo in tuum non immittam l.Proculus. l.fluminum. §.quãquàm: ff.de dam.infec.Alex.cons. 176.li.2.Dec.cons. 373.Aymo consil.94.cons.205.col.9.Soz.iun.cons.76.lib.2.

¶ Licet autem agere nõ possim ne à domo tua mihi noceatur cautione damni infecti, potero tamẽ ex causa petere ut per fundũ tuũ mihi ire agereve liceat, si fortè publica uia rupta, lutove talis facta fuerit ut per eã iri nõ possit, ut si in prædio tuo res mihi uenditæ à flumine importatæ reperiantur.iuxt.l.hoc amplius. §.Alphenus.ff.de dam. infec. ubi Alex. Aret.in §.præterea.col.fin.inst.de rer.diuis. ubi & ab ingrediente cautionẽ de damno infecto requirũt Cæpolla in tit.de iniur.& damno dato.§.sequitur.fac.l. fin.ff. quod ui aut clã Soz.iu.cons.76.lib.2.& licet agere nõ possunt ut per fundum tuum ad agrum meum iter mihi præstetur,uel si aliunde aditum non habeam in his tamen officiũ iudicis multum posse puto arg.l.ad curatores.ff.de dam.in fec.l.præses prouinciæ.ff.de of.præsid. adde de materia Cæpol.de seruit.rustic. in tit.de itin. q. pen. & uide latissime Boer.decis.323.per test.ubi bene de materia,& quãdo fundus uẽditur nõ facta mentione de uia. Et ut ad id quod de domo dicebamus reuertamur aduerte; quia nõ desunt qui dicãt illam domum reficiendã esse sumptibus publicis, uel expensis damnum timentis, ut hæ expensæ reficiendæ sint uel de domo uendita uel alio remedio, ut scribit Franc. Rip.in d.rub.de dam.infec.col.1.Itẽ aduerte quòd ad rationem illam Alex.quod in damno infecto uenit interesse, quod non cadit in persona libera respõderi posset quòd petitur nõ per modum interesse,sed per modum pœnæ nisi replicetur

5 tur† q̄ pœna ibi cadit ubi est contrauentio.§.fi.insti.de le-
6 gat.† Item aduerte q̄ si dominus domus ruinosæ sit pauper officio iudicis compelli potest ad uendendum uolenti refi cere prçsertim si inde fieret urbis prospectus pulchrior,ut si ex dirutione Rom.sing.717.Rip.in rub.de dam.infe.col. 2. inter socios de re communi ruinosa uide l. si fratres.§. idem.ff.pro soc.Cæp.caut.85.& per Dec.cons.442. col.2.
7 ¶ Tertia cautio est quæ præstatur a psona rei† ut si timeo p te rei meę uiolentiam fieri,implorare possum officium iu dicis ut mihi caueatur id non fieri.l.si sup possessione, ubi Bal.& Ias.C.de trans.Bar.in §.qui damna.l.qui bona.& in §.si quis iusta.ff.de dam.infe.Spe.in ti.de satisda.§.fi.uer. circa.Bar.in d.§.ne potentiores.col.1.Mars.in l.1.§.præte rea.ff.de quæstio.Alci.in l.aliud.§.fi.ff.de uerb.sig.q̄ & ad iumenta,pecus armétumve trahi posset facit quod Marcus Varro li.2.de re rust.scribit solitos eos,qui indomitos bo-ues emunt sic stipulari illos iuuencos noxis solutos rectè præstari,licet aliter accipi possit, & expressius posuit hæc Bar.in l.1. §.hoc interdictum.ff. uti possi.sub nu. 11.ubi ad hoc allegat.l.pe.ff.de acq.quot.& æstiu. l.3.§.in hoc inter dicto.ff.de itin.actuq; priu.& l.1. in fi. C.uti possi. & dicit Bal. in l.si seruus.C.q̄ cum eo , quòd si dominus timet ex-pelli q̄ super hoc p̄t implorare protectionem iudicis ut in
8 possessione defendatur; quia† ubi nō licet alicui aliquid fa cere propria authoritate p̄t officium iudicis implorare ut
9 in tali facto defendat facientem in futurum; quia† cum q̄s possideat nō dicitur uim facere,sed uim repellere,& Pau.
10 Cast.in d.l.si super.dicit quod† ille qui est in possessione si ab aliquo turbatur,uel dubitatur turbari,uel inquietari p̄t implorare officium iudicis de plano absque libello ut illū prohibeat,uel fieri uim uetet & hoc quantum ad prohiben dum uim de p̄nti p̄t uti uia suprad. ne partes ueniant ad ar
11 ma, sed ad repellendū uim de futuro† ut declaretur q̄s pos sessor necesse est ordinariè agere.& idē Pau.ī d.l.si seruus. dicit quòd utilius est defendi tali officio iudicis,quam age re uti possidetis in quo requiritur libellus,& ordo iudicii, sed in illo officio iudex præcepto pœnato prohibebit ut p

B Cur.

Cur.in d.l.si super, & in simili ibi dicit quòd ubicũque q̃s dubitat sibi uiolentiam aliquam per aliquẽ inferri potest adire iudicẽ & petere quòd sibi prouideatur à tali iniuria & quòd in orbendo iudicis quòd ipse possideat nõ requiri tur libellus,& ordo iudicii,& facit quia ad instructionẽ & præsumptionem informandam non seruatur ordo,& figu-
12 ra iudicii Bald.in l.iudices.C.de iudiciis,& ubi est dubita tio armorum incipi potest à pręcepto absque citatione par tis ut p̃ Alex.ĩ §.meminisse.l.de pupillo.col.2.de op.nou. nun. & per Curt.d.cõsil.61.& per Vetruui.decis.73.nu.12. Hinc forsitan orta est practica in Rom.Curia appresentãdi literas,quarum occasione timetur aliquod præiudiciũ inferri fouenti iustitiã illis & quomodo in hoc casu deuenia tur ad cautionẽ,& de materia bene per Rot.51.primo aliàs
13 572.de rescrip.in antiq. ¶Hinc forsitan ortum est†quòd si de possessione inter duos contendatur ne uis fiat iudex auocare põt ad se possessionem,& licet regulariter prohibita sit sequestratio eã sequestrare. l.ęquissimũ.ff.de usufru. Abb.c.olim.c.ex literis extra de rescriptis Spec.de libell.concept.§.nũc uidendũ,uers.22.& in tit.de seq. poss. & fruct.Bart.in l. si usus fructus.§.inter duos.ff.de usufru. Bal.in l.nullus,in prin.C.de sum.Trin.Alex.cons.76.pon deratis.col.fin.li.4.cons.7.uisa consultatione,col.pen.lib. 5.Guid.Pap.decis.578.si agatur negatoria,& scribit Cur. sen.cons.61.super articulo,põt.n.iudex de prædictis se intromittere,iux.not.per Fely.in c.super q̃õnem.§.uerum, ex.de off.deleg.(& ad iudicẽ spectat litibus occurrere.l.q̃dam æstimauerunt.ff.si cer.pet.ubi Alex.Ias.& Dec.) & iu dex suadere debet concordiam Bar.in l.congruit.ff.de of. præsid.Alex.in l. 1.§.& post operis. ff.de oper. nou. nunc. Fely. in rub. de treug.& pac. & multa in detestationem litium scribit Lucas de Penna in l.litibus.C.de agri.& cẽsi. lib.11. & ad prædicta uidendus est Curt.sen.in d.consi. & not.per gl. Bar.Alex.& alios in l.quod iussit.ff.de re iud. & infra dicemus,(& facit quòd si partes inuicem contendunt se possidere,& una aliam turbat,& neutra uult porri
14 gere libellũ†iudex ex officio suo potest ambos cogere ad

por-

porrigendum libellum,uel unã,uel ſine libello litẽ finire, uel auocare,uel ſequeſtrare poſſeſſionem,ut per Cæpollã caut.100.Benin.deciſ.73.orta,& nõ ſolam poſſeſſionẽ,ſed & fructus,& iudex ſecularis in cã eccleſiaſtica Alba. conſ. 78.quàmuis ſaui.conſ.28.lib.3. ¶ Id tñ quod ſupra diximus iudicem vel auocare,uel ſequeſtrare poſſe poſſeſſionẽ intelligitur ut non procedat quando iudex nõ ignorat unã ex partibus poſſidere,uel fouere iuſtitiam, quæ ex auoca-
15 tione,uel ſequeſtratione offuſcaretur,† quia iudex iuſtitiam miniſtrare debet nec parti præiudiciũ afferre auocando, uel ſequeſtrando, uel cogendo concordiã Anto. But. in c.1.ad fin.ex.de mutu.petit.Abb.in cap.fin.uerſi.quæro nũquid.de tranſact.Petr.Ferr.in pract.in for.li.ſequeſtri, quando enim certum eſt quòd unus poſſidet alii fieri debet pręceptũ de nõ accedendo,ne detur materia excogitãdi calũnias Pau.Caſt.cõſ.3.in cauſa.li.2.Fely. in rubr. de treug.& pac.in fin.Dec.in l.quidã æſtimauerunt.col.2.ff.ſi cert.petat.in l.fi.col.2.C.de edict.D.Adri.toll.Ang.conſ. 107. Alex.conſ.76.col.fi.li.4.Lanfran.Oria.in rub.ex.de cau.poſſ.Capi.deciſ.56.col.fi.Bal.in l.ordinarii.nu.9.uer. ſed.C.de rei uendicat.& in hoc caſu iudex deberet facere præceptum parti de non moleſtando ſecundum Bald. in l. ordinarii,col.fin. C.de rei uendi.in l.ſi diſceptetur.ubi pupill.educa.debe.& ſcribitur per Deci.in l. fin.col.2. C. de edict. D.Adriani.Quid autem in fiſco uide Guid.Pap.de-
16 ciſ.366.Benint.deciſ.63.orta.nu.5.& dicit Bal.in d.l.quidam æſtimauerunt,aut eſt timor armorũ & refert,aut neuter poſſidet, & tunc debet iudex inhibere utriq; uiolentũ acceſſum,aut unus tantũ poſſidet, & debet petitori qui nõ poſſidet inhiberi,aut uterq; contendit ſe poſſidere,& tũc iudex debet sũmatim ſe informare qs poſſideat & illi interim fauere,ſi uerò non poſſit ſibi liquere remittit ꝙ Inno.in c.in potẽtia.ex.de prob.& Cyn.in l.1.C.uti poſſid. ſi uerò nõ timẽt de armis iudex cui nihil eſt probatũ nihil mãdare poteſt nõ tamẽ poteſt iudex ei,q nõ poteſt recuperare rẽ ſuã iuſtè interdicere ne utat̃ armis quorum iudicis ꝓceptũ debet eẽ legitimũ. ¶ Item licet iudex ut ſ.ad ſe a-

uocare possessionem possit, quæ auocatio penitus interim uidetur à partibus possessionē auferre arg. eius, quod dicimus de auocatione causæ factę per superiorē, ut per Abb. in c. ut nostram. ex. de appell. Paris. cons. 124. sententia lata, col. 2. lib. 4. & dixi in notabili meo primo, tamen melius faceret si alium faceret sequestrem, & quomodo sequester possessionis mutetur, de materia Tiraq. de retrac. conuen. §. 4. glo. 7. per tot. & nō perperam dicet sine præ-
17 iudicio ius habentis. † ¶ Iuxta predicta notandū est q̧ si cū cōstet unum possidere iudex ex cōtentione alterius ꝓcedit ad auocandū, uel sequestrandū possessionē, pars quę in hoc passa fuerit præiudiciū instare poterit super reuocatione attentatorū, & ita petere, uel reuocari attētata, & sequestrū uel auocationē ut pulchrè scribitur ꝑ Afflict. decis. 98. pulchrum. ¶ Proceditur autē ad cognoscendū uter possideat uel iudicio ordinario, uel summario, quod informatiuum processum dicunt per quem summariè iudex cognoscens & leuioribus probationibus etiā adhibens fidē de possessione uidet ad effectum ut alteri parti interim ꝓhibeat accessum, quousq; instituatur iudicium ordinariū uel uti possidetis quo cognoscatur quis tēpore litis contestatæ possidebat, ut de his scribit Capit. decis. 96. & alibi, & hæc si practicent utiq; nō deueniet ad illud qđ interim lite pēdēte attētata reuocent, ut inde dū sup iudicio attētatorum cognoscitur necessariò cognoscatur super uti possidetis ordinario; quia dicitur nō attentaui, sed cōtinuaui possessionē meam, ut per eundē Capit. ubi supra & decis. 72. & nota ꝑ all. decis. Capi. 96. quia ubi declarat quomodo intētato ordinario uti possidetis implorari possit officium iudicis ut liceat sibi armata manu defendere possessionem suam, & aduersario inhiberi ne ingrediatur. & idē Cap. decis. 55. in causa magnifici Pauli. & decis. 13. in causa illustris Marchionis declarat quantum distet iudicium illud ordinarium uti possidetis ab illo summario processu informatiuo, & inter cætera illa differentia notāda est q̧ in illo iudicio summario & informatiuo sufficiunt probationes leuiores, ita ut etiā unico testi credatur, at in ordinario

nario requiritur quoq; ordinaria ꝓbatio sec. Plotũ in l.si quãdo. C. unde ui ubi de comm. attestatur. Itẽ differentia est: quia ĩ ordinario uertitur ad diffinitiuũ uter possideat, at in illo sũmario ne ueniat ad arma ẽ interlocutoria sñia, itẽ illud more actionis hoc officio iudicis expeditur. itẽ in illo definitiua affert præiudiciũ quousq; cognoscatur sub petitorio in hoc uero quousq; durat lis super possessione, itẽ in illo principaliter agitur de possessione, consequẽter uerò ne turbetur, at in hoc principaliter ne turbetur cõsequẽter uideatur uter possideat. & hæc latè sentit Cast. in d. cõs. 3. & Gemin. d. dec. 73. ubi subdit ꝙ non possidẽs possidenti cauere debet de non turbando, & ille processus summarius nõ ualet ad definitiuã; quia requiritur litis cõtest. Et nota quòd ubi est timor armorum ad hãc informationẽ procedi potest de facto & parte non citata, ut per Cum. in l. si super possessione. C. de transact. & ibi dicit ꝙ tali casu iudex põt facere præceptum parti nõ citatę ꝙ non turbet, quod tamẽ decl. Zuccard. in l. fi. nume. 110. & 112. ne procedat quando est periculum in mora nunquã si non sit periculũ in mora partes citari oportere dicit in summaria illa cognitione, sed & ubi non fit citatio cum pars cui præceptum fuerit comparet fit summaria cognitio ut per prædictos, & per Benint. latè decis. 73. nu. 14. & de materia & q̃si ta legitimæ causæ ueniẽdi ad hanc sequestrationẽ Alciat. cons. 386. ¶ Secundò principaliter declaratur id, quod su

18 pra diximus † de auocatione & sequestratione facienda per iudicem, ut procedat ita demum si causæ cognitione summaria saltem interueniente iudici cõstare debeat de timore scãdali, & de causa auocandæ possessionis, & sequestrãdæ, & hoc parte citata ad cõtradicendũ quare possessio auocari, sequestrari ve nõ debeat secundũ Ang. cons. 107. Curt. in l. 1. in 2. not. 7. fall. C. de prohi. seq. Dec. cons. 366. pro declaratione. nu. 13. Iacobellus. in fin. & Decius scribit in

19 d. l. fi. col. 2. C. de edict. D. Adria. tollen. † Citatio enim in

20 causæ cognitione est necessaria, † & quilibet possessor etiã iniustus possessione sua priuãdus non est sec. not. in c. licet eps. de pb. lib. 6. Bal. in l. si deserta. C. si propt. publi. pensit.

Andr.Sic.in rub.C. qui admitt. Dec. in l. fin. col. 2.C.de edict.diu.Adria.toll. & si secus fiat ut propria authoritate ingressus talis possessor habetur, adeò quidem ut nec excusetur à pœna de ingrediente propria authoritate Bart. & alii in l.iuste possidet.ff.de acq.posses.Corn. consi.177.uisa copia.lib.3.Dec.scribit in d.l.fin.col.2.consi.191.col.fi. consi.401.col.fin.Abb.& Fely.in cap. ex literis, ex.de of. deleg.Soz.iun.con.39.li.3.Aymo cons.124.cõs.302. & ad hæc uidendus est Benint.d.decis.73. orta nu.4.quando autem non est timor scandali non est procedendum ad auocationem Corn.consi.292.

21 ¶†Itaque sequestratio, & auocatio facta absq; cãæ cognitione & de facto,& nõ seruatis seruandis de facto p̄t, & debet reuocari,iuxta no.per Dec.cons.366.col.fi.fac.quæ de tali regula notantur per Ang.& Alex.in l.de unoquoque. col.2.ff.de re iudi.Dec.in c.cum cessante. in fi.de appella. Soz.in tract.citat.artic.7.q.24.Calderin. de dilat. cons.1. Ro.sing.766.Marsi.sing.329.Dec. cons.400.col.pe.Alex. cons.179.lib.6.cons.5.col.pen.lib.2.Dec.consi.97.col.2. Planè possessio de facto accepta dummodo non sit uitiosa ut quia clandestina uel uiolenta;quia ab alio detinebatur, tunc enim confirmari non debet,uel si iudicis authoritate accepta sit causa non cognita tamen iuxt.not.per Dec.in l. fi.C.de carbo.edi.& per Zuccard.in l.fi.C.de ed.quod uerum puto quoad uti possidetis, & possessionem ét si constaret id faciendum esse hoc est possessionem ei dãdam; quia pateat ei uia,quam elegit.l.si mulier.ff.quod met.cau. vñ dixi agentem ex.l.fi.C.de edict.uel ex.l.fi.C.qu.bon.remediis adipiscendæ si propria authoritate, uel iudicis decreto cã non cognita ingressi fuerint in possessionem aliàs sibi dandam,in quam alius prius ingressus fuerat non esse cõfirmandum in possessione; quia est clandestinus & uitiosus

22 possessor,item non esse de nouo immittendum ; quia†qui semel accepit possessionem non habet amplius interdictũ adipiscendæ,ut per Dec.in reg.hęredé.ff. de reg.iu.nec obstat si dicatur possessio fuit nulla,qa istud constat magis in

23 facto,quam in iure,†& ex delicto suo præmium consequi non

non debet iuridicè confirmari poterit adhibita cāæ cognitione. Dec. conſ. 191. col. fi. & ſuper hoc libellus & iudiciū fieri poteſt. l. 3. §. miſſum. ff. de carbon. edict. Dec. conſ. 341. col. 3. & in tenuta ſcribit Alex. in l. ſi finita, in prin. ff. de dam. infe. Rip. in rub. de cau. poſſeſ. & propr. q. fi. & an hoc procedat in præiudicium can. reintegranda. 3. q. 1. Dec. cō ſi. 449. col. 3. Quando autem poſſeſſio uacans ſit uitioſa quoad occupatorem, Bal. ſcribit in l. fi. col. 1. C. de edict. D. Adr. tollend. & ad prædicta nota id quod dicit Bal. in c. ex parte. 1. col. fi. uer. q. utrum poſſeſſio. ex. de reſcrip. ubi dicit quòd poſſeſſio etiam colorata data poteſt reuocari ſine ordinario proceſſu ſi reuocetur incidenter officio iudicis mercenario, & ideò ſi iudex circunuentus eſt datum debet reuocari, & refert Benin. deciſ. 73. in fi. & uide circa præd. quæ dixi ſup. in uerſi. proceditur.

¶ Sed dubitari poteſt pars dicit D. Iudex non eſt timendū de ſcandalo; quia data eſt cautio de non offendendo uel dabitur, ideò non procedatis ad ſequeſtrum, uel auocationē
24 poſſeſſionis an ſufficiat? puto quòd non; † quia fragile eſt confidere cautioni, & reſpicit auocatio, & ſequeſtrum non ſolum ſcandalum, ſed etiam celeriorem expeditionem litium & illud, quod eſt facti in moleſtando, attentando & ingrediendo poſſeſſionem, ex quo cauilloſis datur anſa ulterius lites prorogandi, & cautio itaque & ſequeſtrum uel auocatio ſi iudici uidebitur fieri poterit, quaſi hæc remedia ſimul cumulari poſſint, nt infra dicam.

¶ Quando ſumus in huiuſmodi contentionibus poſſeſſorum; quia uterque contendit ſe poſſidere Bartho. Cępol.
25 caut. 100. dicit quòd † cautus faciet aduerſarium ſuum à tertio diſpoliari, qui deinde habeat poſſeſſionem pro derelicto, quam deinde continuet, uel ingrediatur poſſeſſionem ſuam contendens, & iterum caut. 203. idem putat. idem in d. caut. 100. quem ſequunt̄ pleriq; & inter cæteros in d. l. fi. col. 3. inquit ꝙ uolens poſſeſſionem non auocari, uel ſequeſtrari; qa ip ſe poſſideat, & ita obtinere in uti poſſidetis manu armata & conuocatis amicis ſtet in poſſeſſione ut aduerſarius putās ſe poſſe repelli cadat à poſſeſſione iuxta

l.clam.§.fi.ff. de acq. pof. quę ſi uera ſunt poteſt addi ꝙ hi
26 non facient conuenticulam,uel uim publicam; † quia non ſolum pro cōtinuāda poſſeſſione, ſed & pro ea de nouo adipiſcenda, licet congregare hoīes ad repellendam uim quæ fieri poſſet, ut qñq; in contingentia facti ſcripſi, & probat Bar. in l. prohibitum. in 3. no. C. de iu. fiſc. li. 10. & faciunt notata per Crauett. conſ. 4. & à portatione armorū poſſent excuſari, uel quia in itinere, uel quia in rure, uel quia ad repellēdam uim id faciunt. quo caſu licet ferre ut in tit. de illicit. portat. arm. in conſtit regni ſcribit Affli. & ſi prohibeatur banno accipi poſſeſſio, hic continuatur, quare eſt caſus omiſſus, l. cōmodiſſime. de li. & poſth. ¶Ego tñ has cautelas periculoſas puto; quia remedium attentatorum uidetur hic ſibi locum uendicare; quia licet continuare non ſit attentare, tñ id, ꝙ ultra antiquum fit attentatur, & fit munitior poſſeſſio, quinimo ſi ego puto me poſſe repelli ex hoc amittens poſſeſſionē petā me ad id reintegrari, uel ex c. reintegranda. 3. q. 1. uel ex officio iudicis ut oīa reſtituātur in priſtinum ſtatū, † ne locupleteris cū aliena iactura
27 iux. l. ſi me & Titium. ff. ſi cer. pe. Alc. conſ. 192. col. 2. li. 1. & licet negotium magis protrahatur in longum tñ ſi fiat reſtitutio ad antiquum ſtatum in interdicto uti poſſidetis manebimus. † Item circa iudicium illud ſummarium Ruin. in
28 d. conſ. 28. li. 3. dicit quòd ſi uterquè probat de poſſeſſione pręſenti melius probanti fauetur, & aduerſario acceſſus inhibetur. † Idem quando unus poſſidet etiam ſi clam uel ꝑcario ab aduerſario poſſideat, ſed unus poſſidet, ciuiliter
29 alius naturaliter clam, uel precario ab aduerſario ciuiliter poſſidens debet obtinere ut per Rui. ibi. ¶Secunda ratio q̄ facit contra prædictas cautelas eſt; quia non excludunt quando ille, qui uidetur expulſus habet animum recuperādæ poſſeſſionis, & adhuc ſtat in præparatoriis congregandi amicos, & gentes ad recuperandam ſiue continuandam poſſeſſionem iuxt. l. 3. §. cum igitur. ff. de ui. & ui armat. in l. peregrè. §. fi. ff. de acq. poſ. Abb. in c. cum olim. col. 4. ex. de reſti. ſpo. Dec. conſi. 460. col. pen. Pariſ. conſi. 145. col. 3. lib. 4. Soz. iu. conſ. 68. nu. 81. lib. 3.

¶For-

¶Forsitan non sunt malę cautelæ ante ceptum iudicium, uel litem contestatam; quia tunc non uidetur dici attentatum; quia lis non pendet sec. Paris. consi. 108. lib. 1. item quando sumus in trepidatione illa aduersarii ad accipiendam possessionem, & sic antequam ille accipiat, uel quādo scimus aduersarium de sua possessione aliquid nō posse liquidare: quia nec spolium, nec attentatum probabitur.

¶Tertiò declar. principaliter id, quod diximus de auoca-
30 tione, & sequestratione possessionis, ut procedat† quando possessio est uacans, & utraq; pars contendit se possidere, & nititur ad actus possessorios, non autem quando certum est p partes possideri, sed ignoratur utra magis, uel ęquius possideat, ut in simili argumentari possumus si alicui datur possessionem accipiēdi authoritas intelligitur de uacante,
31 ut per Cor. cons. 166. li. 1. q ampliatur† ut possessio dicatur uacans ét si ex statuto hæc possessio in hæredem continuetur arg. no. per Ale. cons. 83. uisa facti narratione col. 2. li. 2. Paris. cons. 1. nu. 160. li. 1. Alex. cons. 163. li. 6. Dec. cōs. 231. col. 2. Cum. in l. Pomponius. §. quęsitū. ff. de acq. pos. Imo. cons. 16. Rube. cons. 121. Ias. cons. 147. li. 1. cons. 152. li. 4. Dec. cons. 467. Ias. in l. si sororem. C. de iure deliber. Soz. iu. cons. 37. col. 2. li. 1. quidquid Benedict. scribat in c. Raynutius. ex. de testa. Cor. cons. 146. circa li. 1. Dec. in d. l. fi. nu. 35. C. de edict. D. Adr. tollen. q proculdubio magis erunt uera in hærede hæredis de quo non intelligitur sec. Tiraq. de tract. conuent. §. 1. gl. 6. nu. 17. & in tract. le mort saisit. Sed principale istud dictum non uidetur uerum per supradicta, & quando stat timor armorum, facit quod not. Bal. in l. fi. n. 3. C. de ed. D. Adr. tollen. & Benint. d. dec. 73. nu. 9. sed circa pdicta oritur difficultas qnq; qa cum utraqs pars contendit se possidere neutra vult offerre libellū, itē qd agendū & qūo iudex gerere se debeat cum utraq; æqualiter pbauit intentionē suam. super quo cum latius instandum esset uidendus est Lanf. in rub. de cau. pos. & proprie. concl. 5. uer. stat maxima dubitatio, & quæ latissimè scribit Ben. decisio. 73. n. 8. sed nota circa istam tertiam declarationem; quia procedit quando utraque pars facit actus

posses-

possessorios in possessione, non aũt, quando utraque pars deuenit ad locum possessionis, & non fecit actus possessorios; quia tunc iudex auocare possessionem non põt, ut per Guid. Pap. q. 578. & per Alba. consi. 78. quamuis, qui cons. 75. stantibus dicit quòd per sequestrum non transfertur possessio nisi partes consentiant, item nisi dignoscatur hoc animo iudicem id facere, & ibidem dicit quòd principi attestanti de timore scandali creditur.

¶ Quarta securitas est illa, quæ pręstatur à persona personę de qua loquitur l. denunciamus. ubi dicit. C. de his, qui ad eccle. confug. l. fi. ff. qu. met. cau. l. iubemus. C. de propositis sacr. scrin. lib. 12. c. literas. in fi. ex. de resti. spo. l. illicitas. §. ne potentiores. ubi Bar. ff. de offi. pręsid. Fran. Rip. in rubr. ff. de dam. infect. & Doct. oẽs infra in tractatu allegã-
32 di † quinimmo si inter superiorem & subditum litigetur & timeatur uel ad cautionem hanc, uel ad sequestrum recurretur Cassado. dec. 6. col. 1. de priuilegiis.

¶ Considerari præterea possent cautiones de non offendẽdo mixtæ ut à persona rei, & personæ à re, & persona rei tã tum, uel rei & personæ, & sic de singulis cõsiderando, quę cum non fuerint à Doctoribus in materia tractatę ipse nõ prosequar. illud non prætermittens, quòd hęc mixta à simplicibus regulari poterunt ex eadem ratione.

¶ Hic tamen q. offensio cadit multis modis, & cadit etiam actio, ut offensio cesset, & tollat̃ exẽpli gratia datur actio, ut faber iuxta ædes meas ueniens, & me studentem impe-
33 diens cogatur inde discedens, item † in re tua eatenus tibi facere licet quatenus mihi principaliter non noceas. l. fluminum. §. quãquàm. ff. de dam. infec. cum simil. nunquid ergo petere possim mihi caueri ne fiat? & puto stantibus cõiecris de damno inferendo, & causa ex qua iudex ad id moue-
34 ri posset arg. l. æquissimũ. ff. de usufru. † & quia multa ab initio fieri prohibentur quę tñ facta tenent. iux. nota. in l.
35 patre furiosi. ff. de his qu. sunt su. uel alien. iu. † & cui damus actionem multomagis damus exceptionẽ reg. cui damus. ubi & ipse dixi. ff. de reg. iur. & ita ad hoc induci possent quę dixit Ias. in l. si super possessione. C. de transact.

Mars.

Marſ.in l.i.§.prętereà.ff.de qō.& quędam s̃.alleg.Itē cōſi deratur ſecuritas cōpetens iuregentium. ut legatis quę ét hoſti eſt ſeruanda cōſideratur ſecuritas q̃ datur à lege ut in uenientibus ad nundinas de qua ꝑ Bar.in l.1.ff.ad leg.Iul. maie. & ſecuritate promiſſa bannito uendente ex cauſa de repręſentando & huius modi aliàs diximus.

SVMMARIVM.

1 *Cautio de non offendendo eſt licita, & licitè petitur, quoties ſubeſt iuſta cauſa timoris, uel ſcandali.*

2 *Mulier, quæ à marito diuertit, non tenetur ad eum redire, niſi data ſibi cautione de non offendendo, etiam ſi culpa ſua receſſerit, & ſteterit cum amaſio. 3. 4.*

5 *Iudex nō impartiens cautionē de nō offendēdo, ubi opus eſt, dicitur facere iniuſtitiā, nec eſt dicēdus Iudex et in ſyndicatu tenetur de dāno, quòd proptereà in præiudiciū alicuius euenerit.*

6 *Ad cognoſcendum an licitè petatur hæc cautio, requiritur cauſæ cognitio, citata parte.*

7 *Cautionibus non neceſſarÿs, non debentur homines prægrauari. ratio ibi. 8.*

9 *In petendo hanc cautionem, non ſolum metus, ſed & cauſa metus, eſt alleganda.*

10 *Quæ, non ſint iuſtæ cauſæ, ad petendam hanc cautionem.*

11 *Iudex ſi cognoſcet quòd per citationē partis fiet locus calūniis, (ſeruatis quæ ibi) poterit procedere etiam ad capturam, non ſeruato iuris ordine, uide ibi.*

12 *Cautio de non offendendo poteſt præſtari etiam diebus feriatis, & in honorem Dei: quia cum eſt periculum in mora non attenduntur dies feriati. 13. 14.*

15 *De nocte etiam, hæc cautio peti poteſt cum nox ſit dies ciuilis, & noctu contrahi poſſit.*

16 *Capienda eſt occaſio, ut habeamus benignius reſponſum.*

17 *Periculum in mora, & neceſſitas, multa permittunt, quæ aliàs non concederentur.*

18 *In die Dominico, prohitum eſt contrahere, & iuramentum præſtari.*

19 *Iudicis ingredientis officium, & in die Dominico iurantis ſe obſeruatur*

obseruaturum statuta, illud iuramentum non ualet.

20 *Dicta de cautione de non offendendo, habent locum in salua guardia, uel saluo conductu, in aliquibus curijs; quia regulariter uidentur æquiparari.*

Varia sunt hominum ingenia, & calliditates.

21 *Si pœna non fuerit inserta in salua guardia, ille qui non obseruabit, extra ordinem punietur.*

22 *Salua guardia habuit originem à principio mūdi, quādo Cayn occidit fratrem suum Abel uide ibi.*

23 *Cautio de non offendendo est non solum de iure ciuili, sed de iure diuino.*

24 *Homicida etiam, potest petere hanc cautionem.*

25 *Statutum, quod homicida occidatur, uidetur cōtra ius diuinū.*

26 *Timens offendi generaliter, potest petere sibi dare signum, et fieri proclamata, & edicta ne offendatur.*

Quando licita sit cautio de non offendendo, causæ cognitio quomodo interueniat circa eam: an diebus feriatis detur hæc cautio? & quædam de salua guardia: Cap. III.

1 SED †quomodo est licita cautio de non offendendo? Certè cautio hæc licita est, & licitè petitur quoties subest iusta causa timoris uel scandali, ut per Bart. in l. sanctum. ff. de rer. diuis. & in l. denuntiamus, ubi Saly c. C. de his qui ad ecclesi. confu. in l. qui bona. §. si pars. ff. de dam. infec. Bal. in aut. habita. C. ne fili. pro patr. col. 5. ibi, ex quo diligenter; multis enim modis prohibemur à delinquendo inter quos & iste meritò numeratur ut quoties quis iustè timeat in se delinqui, cautionem petat de non offendendo ut per Afflict. in constit. reg. de illicit. por. arm. col. fin. ad hæc. latissimè alleg. Felyn. in rubr. de treug. & pac. ubi ponit regulam cum fallentiis in materia nu. 13. Doct. in l. illicitas. §. ne potentiores. ff. de of. psid. Innocen. in c. graué. de senten. excom. in § 1. in fi. de of. deleg. Afflict. decis. 140. Capell. Tolos. 489.

ubi ad-

ubi addit Alberi.in d.l.denũciamus, Bar.& Imol.in l.hęc.
§.1.ff.si cu.plusquàm per leg.falcid. Alex.& Iaſ.in l.q bo-
1 na.§.si quis iuſta. ff.de dam.infec.conſi.78.lib.5.Pariſ.cõſ.
168.li.4.alle.in l.2.ff.ſol.mat.Maranta de ordin.iudic.p.7.
2 in tit.de ſatiſdat. qua ratione†mulier quæ a marito diuer-
terat non tenetur ad eundem redire niſi data ſibi cautione
de non offendendo, ut per Abba. in c.quemadmodum. de
3 iureiuran.Caccialu.in l.ſi qua illuſtris. C.ad Orphic. † ét
quòd mulier culpa ſua recesſiſſet. c.1.ubi maritum 9. not.
4 ut lit.non conte. † etiam ſi ſterit cum Amaſio ſec. Petrum
Bellape.q.447.& per Io.Neuiz.in ſylua.li.2.p.35. nu.41.
ubi remisſiuè de cauſis,& ſi non ſufficiat cautio quòd non
tenetur redire ſec.Gerar.not.65.item nota.

5 ¶†Idq́; adeò uerum eſt, ut iudex non impartiens hanc cau
tionẽ ubi opus eſt iniuſtitiã facere dicat̃ proptereaq́; iudex
nõ ſit dicendus,ut p Pariſ.conſ.168.s̃.alleg.unde ut in fa-
ciendo dari hanc cautionẽ iniuſtè, ita cõtra in non faciẽdo
eã dari iniuſtè p iudicẽ peccatur, ita ut in ſyndicatu is te-
neatur de damno & intereſſe qđ propterea in p̃iudiciũ ali
cuius euenerit. Sed non ne iudici circa hanc cautionẽ pro-
cedẽti iniuſtè de facto reſiſti poſſet? uidetur ex not.p Dec.
conſ.125.& in reg.non uidentur.ff.de reg.iuris.

¶Verum tamen eſt quòd ſi Iudex uideret quod propter dã
dam uel non dandam hanc cautionem ſecundum formam
iuris inde oriri aliquod magnum ſcandalum maius utique
excuſandus eſſet ſi hac ratione metus cautionem dari uel
non dari feciſſet ut in pace ſcribitur per Iulium Ferrettum
in tit.de nu.35.& de eo,qui timet capi, uel moleſtari inde
bitè an petat hanc cautionem ſcribit Roma.conſi.244.

6 ¶Planè†in uidendo an licite detur uel petatur cautio hęc,
ad eamq́; iuſtificandam requiritur cauſæ cognitio.l.capita
liũ.§.ad ſtatuas. ubi Bar.ff.de pœn.in l.ſanctum. ff. de rer.
diuiſ.in l.qui bona.§.ſi quis ſtipulatus, & §. ſi qs iuxta.ff.
de dam.infec.ubi Alex.& Iaſ.Bal.in l.1.ad fi.C.de epiſc.&
cle.& in c.1.de treug.& pac.& in c.grauem. de ſen.excom.
Iaſ.in l.ſi ſu p poſſesſione.col.fi. C.de trãſac. Bar.in d.§.ne
potentiores, Frã.Rip.in d.rub.ff.de dam.infec.idq́; uerum
eſt

est siue iudex moueatur ex officio, siue ad instantiã partis,
7 ut declarat Fel. in d. rub. nu. 14. † quia nimis laboriosum sæpe est grauare aliquẽ ad fideiubendũ. l. 2. §. si dubitet. ff. de iud. Imo. in l. 2. §. 1. in fi. ff. sol. matr. add. ad capel. Tol. 489. ubi alleg. tex. in l. qa satisdõ. ff. de suspect. tut. §. nouissimè. Inst. eo. ti. Saly. in l. denũciamus. in fi. C. de his qui ad eccl. confu. & Guli. Cun. in d. §. ne potẽtiores, & prosequit̃ Fel.
8 in d. rub. de treug. & pac. d. num. † & dicimus cautionibus non necessariis non debent homines prægrauari. l. stipulõ ista. §. diuus. ff. ut leg. nom. caueat. Cast. cõs. 207. li. 1. l. 1. ad fi. ff. de interro. act. Tiraq. de retrac. §. 5. gl. 1. in prĩ. Rip. in l. 2. §. mutui datio. ff. si cer. pet. Soz. iu. cõs. 68. nu. 73. li. 3.
¶ Causæ aũt cognitio regulariter fiet citata parte, quæ sit præsens, uel absens per cõtumaciam. l. in causæ. §. causa. ff. de minorib. Dec. in l. ubicunque. ff. de reg. iu. ubi Cagno. & ipse scripsi. uertiturq; in hoc principaliter an subsit iustus metus de quo in prin. diximus, & an timor scandali iuxt. l. æquissimũ. ff. de usufr. & not. in §. ne potẽtiores. & in l. denunciamus. C. de his qu. ad eccle. confug. de quo & p Fel. in d. rub. de treug. & pac. & nos supra scripsimus. unde meri
9 tò quidam dixerunt † nõ solũ metum, sed & causam metus esse allegandam ut scribit Io. Fab. in §. postquam. insti. de fideicom. hęredit. Bar. in l. capitaliũ. §. ad statuas. ff. de pœnis, Capel. Tolo. in add. 489. ¶ In hacq; causæ cognitione si tu probasti causas ex quibus timor sub oriri põt, ego contra probare potero nullã causam timoris subesse posse, in quo forsitan non leuiter opitulabitur libellus meus de ꝓband. negat. prosequi aũt sigillatim casus particulares & modos quibus probentur causæ timoris, & contra qũo probentur, laboriosum nimis esset & non multum probabile.
10 ¶ † Non prætermitto tñ, quòd non est iusta causa si quis fuit percussus & ignorat à quo fuerit percussus, & à Titio petat cautionẽ quòd ab eo iterũ percuti uereatur. Itẽ non est iusta cã consuetudo curiæ simulatque aliquis petit cautionẽ hãc. Itẽ simulatq; unus ab aliquo cæsus est statim cõpellere offensos, uel cõsanguineos uel cõtra offendẽtes, & cõsanguineos ad cautionẽ; quia hæc fieri pñt sine alio timore scan-

re scādali Paris. cons. 168. col. fi. li. 4. nisi de ea cōstaret ex processu, uel de ea tanquā notoria iudex esset informatus, de quo qūo iudex possit scribit Bar. in l. lex Iulia. ff. de testib. Dec. cons. 402. cons. 544. 483. cons. 447. Itē & lis ciuilis iusta cā nō est ex se, ut per Paris. in d. cons. 168. col. fi. li. 4. Planè in iis, quæ specialiter non reperiūtur definita circa has causas timoris cautionis de non offendendo ipse id relinquerem arbitrio iudicis, ut in iure non cōstituta iuxt. not. per l. 1. ff. de iure delibe. ut is non lucri cupiditate, uel desiderio quo magis possit intricandi populum laboret.

11 ¶ † Quam ob rem licet supra dixerimus parte citata procedēdum esse ad cognitionē causæ timoris, tñ si bonus iudex uideat quòd ita procedens fiet locus calumniis, nunquàm peruenietur ad finē pars, quæ tenetur cauere latitabit, uel fugiet, iudex accipere poterit informationē extraiudicialiter ét sine examinatione testium in scriptis, & ex relatione hominum proborum, de quibus non tenetur dare copiam parti ut per Guid Pap. decis. 241. & seq. procedet ut æquū sibi uidebitur, etiam incipiens à captura ut in debitore suspecto de fuga legimus, & hac ratione sine libello lite non contestata, sine positionibus, uel iis habitis pro libello, & non seruato ordine iuris in materia si quidem sibi iudici uidebitur procedi poterit, & iste casus numerabitur inter alios, in quibus non teneatur ordo iudici. de quibus Affli. in const. regn. in tit. de cult. pac. nu. 60.

12 ¶ † A quibus non abest quòd cautio hæc pręstari pōt, & debet etiam diebus feriatis, etiam ad honorem Dei ut per Fran. Rip. in rub. ff. de dam. infec. col. 2. quia est periculū in mora, & scribit Alex. consi. 130. col. 2. li. 4. cons. 159. col. fi. li. 2. Bar. in l. ait. §. si debitorem. ff. de his qu. in frau. credi. Rip. in c. 1. nu. 88. de iud. in c. cum M. nu. 146. ex. de consti.

13 ¶ † Et facit ratio: quia executio iuris, siue mandatorū iuris fit ét diebus feriatis ad cōmoditatē hominū c. fi. ubi Doct. ex. de iudiciis, & in c. fi. de feriis Bar. in d. l. ait ꝑtor. §. si debitorem. ff. de his qu. in fraud. credi. & scribit Alex. consil. 130. col. 1. li. 4. quem alleg. Franc. Rip. in d. rub. de dam. infec. & apost. ad Ias. in l. si super possessione. C. de transact.

Item

14 †Item dies feriati non attenduntur ubi est periculum in mora.l.omnes.C.de feriis c.fi.eo.ti.decis. Tholos. 159. Tiraq.de retract.§.1.glo.11.nu.12. ex quibus dicendum est

15 †quòd etiam de nocte cautio hæc peti potest, accedente, quòd nox dies ciuilis est,& noctu contrahi potest Doct.in l. minoré.C.de transa.in l.more.ff.de feriis. Ale.cõs.190. li.6.Tiraq.d.glo.11.ubi latissimè de die, & de materia ad hæc uidenda sunt no.per Ferret.in ti. de feriis n.9.licet.n.

16 aliàs dicamus†capienda est occasio ut habeatur benignius

17 responsum.l.capienda.ff.de reg.iu. † tamen periculum in mora,& necessitas multa permittunt,quæ aliàs non concederentur.l.1.de of.cons.& l.1.ff.de damn. infect.

¶Diebus ergo quouis modo feriatis proceditur circa hãc

18 cautionem,nõ obstat ꝙ in c.1.ex. de feriis† in die Domini co prohibeatur contrahi,& sacramentum præstari, (unde

19 fit cautela; ut† iudex ingrediens officium iurans. seruare statuta fiat ne iuret in die Dominico) quia iurm non ualet ut per Ferrat.caut.3. quia respond. ꝙ procedit in die Dominico ut loquitur, secũdo quòd sumus in limitationibus ibi positis pacis causa & necessitatis,tertio quia vř lex consilii non pcepti,ut factum contra non ualeat; quia non infirmatur,unde non vňr corrigi scripta in l.dies festos.C.de feriis arg.no.in c.1.ex.de ope.nou.nunc. Circa hæc tamen practica est aduertenda,& bonus iudex est desiderandus q animum suum informet,tot enim sunt negocia & tot hominum cauillationes ut plurimum officium iudicis ualeat.

20 ¶†Quòd q̃ dicimus de cautione de non offendendo, an habeat locũ in salua guardia siue saluoconductu, q̃ obseruant in quibusdam curiis,ut scribit in curiis regni Franciæ addit.ad Capel.Tolo.dec.489.hoc est ꝙ fiat in huiusmodi tenore iudex talis dat liberum saluumconductum tali ne offendatur à tali sub pœna mille scutorum? dico ꝙ sic; regulariter.n.vňr æquiparari ut scribit Io.Fab.in l.denũciamus C.de his qu.ad eccle.confug.& refert dicta add. ad Capel. Tolos.489. ubi in fine quoq; dicit ꝙ iste est securior modus in illis partibus.& ego talem modum uidi practicari in gñe ab eo, qui timebat offendi in genere, quidam.n.Turca

effe-

effectus Christianus cũ iret per orbem quærẽdo eleemosinam, quãdo perueniebat in aliquam ciuitatem adibat superiorem petens sibi impartiri ꝙ ab aliquo nõ offenderetur, iusta enim uidetur causa cum uaria sint hominum ingenia & calliditates homini aduenæ & nouo dare hanc securitatem. ¶ Peritus ergo superior concedat hanc licentiã in scri
21 ptis, & pœnam adhibebit † ꝙ si pœna adhibita non sit uidetur ꝙ extra ordinem puniatur ille, qui non seruat hanc saluamguardiam: arg. no. per. Bal. in l. legis uirtus. ff. de legib. & tãgit additio ad dictam Cap. Thol. 489. Idem dicam qñ aliquis stat sub protectione alicuius, uel quãdo sub fide, ꝙ in cautione, & de pœna frangentis saluam guardiam Gui-
22 do. Pap. decis. 418. † & uidetur quòd hæc salua guardia habuerit originem ab initio mundi nãque cum Cain occidisset Abel dicebat se uereri ne occideret̃ ab aliis, sed Deus dedit ei signum ne ab aliis offenderetur (unde primò notã
23 dum est † ꝙ hæc cautio non solum est de iure ciuili, sed de
24 iure diuino) secũdò quòd † unusquisq; licet sit homicida,
25 tamen petere potest hãc cautionem, & illud stante † quòd statuta illa ꝙ homicida occidatur uidentur contra ius diui
26 num. † tertio quòd timens se offendi potest petere sibi dari signum, & in simili fieri proclamata & edicta de hoc. & uide quædam de materia per Boer. decis. 207. ubi quoque tangit an hæc salua guardia sit perpetua.

SVMMARIVM.

1 *Ille qui tenetur cauere de nõ offendendo, an debeat dare fideiussores, uel pignora, uel sufficiat nuda cautio promissionis, de non offendendo.*

2 *Timens aliquid fieri, contra legem, adeat præsidem, & impetret legitimum præsidium.*

3 *Quid contineatur sub uerbo (Cautio) & nu. 5.*

4 *Iudicis arbitrio relinquitur, in inspiciendaq; & considerãda qualitate personæ, quæ tenetur cauere de non offendendo, & secũdũ eius qualitatẽ, & bonam, uel malã famã, uel sufficiet nuda promissio, uel cogetur ad dãdũ fideiussores, uel pignora. et. n. 5*

6 *Iudex potest iubere caueri, si sibi uidetur, etiam ubi hoc lege cau*

tum non fuerit.

Perusiæ, quomodo procedatur circa talem cautionem.

7 *Verbū, Cautionis, quid importet, et quomodo procedatur quādo sunt uerba legis, & quō quando referuntur ad partem.*

8 *Obligatus cauere, si sit ualde idoneus, nō tenetur dare fideiussores.*

9 *Obligatus dare pignora, liberatur dādo fideiussores sed nō ecōtrà*

10 *Regula, quòd cautionis appellatione, nuda promissio ueniat, limitatur multis modis ut ibi per longam seriem.*

11 *Quæ dicta sunt de cautione, uerificantur etiam in cautione prætoria, si requiratur plena uel competens cautio.*

12 *Vbi incertum est quantum quis debeat, oblatione unius nummi, cum satisdatione de reliquo soluendo quando liquidabitur, interim liberatur.*

13 *Qui tenetur satisdare regulariter nō liberatur nuda promissione.*

14 *Vbi maius est periculum, ibi cautius est agendum.*

15 *Vbi principalis est soluendo, fideiussor non est necessarius.*

16 *Obligatus dare fideiussores, inuitus non cogitur dare pignora.*

17 *Iniustè petit fideiussorem qui habet pignora.*

Cautio hæc, an cum fideiussoribus, uel sine præstanda sit? Et Cautionis appellatione quid comprehendatur. Cap. IIII.

CVM deueniendum est ad cautionem, siue securi-
1 tatem de non offendendo † an ille qui ad id tenetur debeat dare fideiussiones, uel pignora an sufficiat nuda cautio, promissiove de non offendēdo? uidetur quòd nuda cautio, ꝓmissiove, uel sine pignoribus sufficiat; quia Doctores simpliciter loquūtur cauendū esse. text. ī l. denūtiamus. C. de his qu. ad eccl. cōfu. dicit ꝙ
2 † timēs cōtra legem aliquid fieri (qđ & in materia nostra ex generalitate sua intelligitur) præsidem adeat, & impetret legitimū pręsidium & tex. in c. de benedicto. 32. q. 2. dicit sub cautela recipiatur.
3 ¶ † Cautionis autem uerbo sola repromissio cōtinetur ut l. sancimus. C. de uerb. sig. & ita argumentatur Bart. in d. §. ne

§.ne potétiores. Rip.in d.rubr.de dam. infec.Fely. ĩ d.rub. de treug.& pac.& in c.ad nostram.ex.de iureiuran. Sed in contrarium uidetur tex.in l.habere.§.cautum. ubi Alc.de uerb.sig.nisi à fortiori illum tex. inducamus.Cagn.in reg. plus cautionis.ff.de reg.iur. Guid.Pap.decis.249.& decis. 250.ubi quoque tangit de iuratoria cautione in defectum alterius sufficientis.

4 ¶ Guliel.Cun.& Bar.in d.§.ne potétiores dicunt.† inspiciendam esse qualitaté personæ; quia si persona locuplex sit possidens immobilia. Item bonæ conditionis, & famæ, & bonæ uitæ sufficit sola ꝓmissio, sin uerò pauper sit rixosa, malæ cõditionis,& famæ requirũtur fideiussiones, uel pignora: arg.l.fin.iunct.l.sciendũ.ff.qui satisd.cog. Hos sequitur Felyn.in d.rubric.de damn.infec.col.2.& hãc eãdé opinionem sequi uidetur Petrus à Plaza in epit.delict.li. 1.c.7.& ibi uide alleg.per eũ.Mars.in l.1.§.fi.ff.de qõnib.

¶ Albericus Rosatus quem refert idé Franc. Rip.in d.ru-
5 bri.de damn.infe. col.2.putauit† hoc arbitrio iudicis relinquendũ esse utrum simplici promissione, an cum fideiussoribus uel pignoribus sit cauendum. tex.in c.literas, & in c. ex trãsmissa. ex.de resti.spoliat.qui loquũtur in casu, quo mulier timet offendi à uiro, loquuntur de sufficienti cautione, ita ut sentiant quòd cum fideiussore sit cauendum. Et ita per hos tex. sentit Franc.Rip.in d. rub. de damn. in fec.col.2.& distinguendo sentit quoq; Felyn.in d.rubr.de treug.& pac.col.5.Idem Dec.cons.100.col.pen. & ita seruat consuetudo in plerisq; regionibus Italicis; quoniã cautio hęc nũquã datur sine fideiussore, quinimmo includitur in eã etiã pignus; quia principalis sub obligatione omniũ suorum bonorũ promittit nõ offendere, cuius rei causa Titius ꝓ eo fideiubet,& hæc cõsuetudo uidetur fundata in illo arbitrio iudicis quo dicimus licet regulariter non sit cauendũ nisi ex causa à iure posita, ut ꝑ Aret.in l.2.in princ. ff.solu.mat. col.4.tamé quoq; dicitur nisi iudici uideatur, q ita arbitretur Bal. ĩ c.significauit.ad med.ex.de testib.&
6 latè ꝓsequit Tiraq.§.1.glo.18.nu.84. ubi † q; iudex p̃t iubere ibi caueri si quidé sibi uideat ubi lege hoc cautũ nõ fuerit,

rit,& de similib. ad similia ,pcedere potest. ¶Perusiæ etiã est approbãdus iste fideiussor uel ex. consuetudine uel ex statuto,& uidet̃ si est dãdus ꝙ sit idoneus iuxt.not.in l.2.
7 ff.qui satisd.cog. ¶ † Ego ad enucleandum de iure hũc articulum dicerem sic quod cautionis uerbum prolatũ siue ab homine, siue à lege de nuda cautione intelligitur, ut per Alex.in l.1.C.de procurat. & per Ias. in l. sancimus. C. de uerb. sign. licet uerbum cauere quandoq; uideatur significare rem utilem facere.l.quo tutela.§.fin.ff. de reg. iu.& ita intelligeré distinctionem Abb.in cap.per uestras. col.fin.ex.de dona.int.uir.& uxo. hoc est aut uerba legis sunt caueatur, uel satisdet̃ & est in iudicis arbitrio eligere aut referũtur ad parté,& pars eligere potest cauere ne uelit an satisdare nisi ꝑsona sit suspecta,ut per Ias.ĩ d.l.sancimus.col.fi.Ité nisi ,pmittat soluere,uel cauere;qa tenetur soluere Bal.ĩ l.quãuis.ff.de pig.act.cum alleg.ꝑ Tiraq.de retract.§.3.gloss.3.
8 ¶†Hæc maximè uera sunt si obligatus cauere sit ualde idoneus; quia talis non tenetur dare fideiussores,ut per Dec.
9 & Cagn.in reg.plus cautionis.ff. de reg. iu.ubi dicunt†q̃d obligatus dare pignora liberatur dãdo fideiussores, sed nõ contra obligatus dare fideiussores liberatur dando pignora,& de materia uide per Dec.cons.12.cons.440.& in reg. nemo debitor ubi Cagn.de reg.iu.Tiraq.de retrac.§.3.gl. 3.in fin. Soz.iu.cons.41.lib.3.
10 ¶† Regula hæc quòd cautionis appellatione nuda promissio ueniat limitatur,ut non procedat quotiescunque in dispositione additur idonea,sufficiẽs,bona & huiusmodi nomina,uel similia importantia aliud,quàm simplicem cautionem,tunc enim intelligitur cum fideiussoribus,gloss. in c.ex trãsmissa,& in c.literas.ex.de rest.spol.glo.in c.ad nostrã.ex.de iureiu.ubi Fely.ĩ glo. ĩ uerb.idoneæ ĩ c.quãquã de usuris in 6.Ias.in l.sancimus.C.de uerb.sign.Fely.in d. rub. de treug.& pac. Fran. Rip.ĩ d.rub.ff.de dam.infe.col.
11 2. † Hęc quoq; uera sunt in cautione ꝓtoria si requiratur cautio plena,uel cõpetẽs iuxt.not.ꝑ Fely.in d.c.ad nostrã. ex.de iureiu.ut ꝑ Ias.in d.l.sancimus. ubi etiã loquitur de

cautione

cautione statutaria,& ex ibi dictis per Ias.hæc prima limitatio iterum sex modis sublimitari posset.

¶Secūdò principaliter declaratur hæc regula ut non procedat quotiescunque danda sit cautio secundū consiliū sapiētis; quia tunc aliter iudicatur sec.glo.sing. in l.si mandato Titij.§.fi.ff.manda. & tenet And. Sic.ad Bart.in d.§.ne potentiores. in uerb.q.nunquid, licet in contrariū dicat esse comm.opi.Ias. in d.l.sancimus.col.fi.C.de uerb.signi.

¶Tertiò decl.quando incertum est an ueniant pignora, an fideiussio,an nuda promissio; quia tunc offerens se paratū ad id quod teneretur, & simpliciter promittens uidetur satis facere: arg.eius quod in simili dicit Cæpol.caut.27.Ca-
12 pit.decis.17. hoc est † quòd ubi incertum est quantum quis debeat oblatione unius nūmi cū satisdatione de reliquo,
13 quando liquidabitur interim liberatur. † Planè qui tenetur satisdare regulariter non liberatur nuda promissione ut scribitur in l.1.ff.qui satisd.cog.ubi est materia sua.

¶Quartò decl.ut non procedat quotiescunque est præstanda securitas,uel aliquis est reddendus securus;quia securitatis appellatione uenit cautio cum fideiussore. alleg. tex. in c.literas.ex.de resti.spo.l.si cuius.cum l.seq.ff.de usufr. Rip.in d.rub.de damn.infe.col.2.& remissiuè tangit Ias.in d.l.sancimus col. fi. de uerb. signi.

¶Sed hoc est cōtra tex. secundum ueram lecturam de qua per Alcia.in l.habere.§.cautum ff.de uerb.sig.l.sancimus. C.de uerb.signifi.ubi cautionis, uel ἀσφαλείας hoc est securitatis appellatione nuda promissio cōtinetur intellectus. l.si cuius est quod satisdatione quis efficitur securus non quòd securus sit cum satisdatione simpliciter, & ita quoq; tenet Ias.post alios,quos alleg.in l.1.col.2. ff.qui satis.cog. ubi hoc limitat nisi prius promissum fuisset, item nisi plena securitas debeatur & nisi promittens sit forensis,itē nisi lex ultra procedat Dec.in reg.in eo.§.2.ff.de reg.iu.

¶Quintò declaratur ut procedat quoties cautio hęc sit ꝓstanda ex mero iudicis officio parte non instante; quia tūc sufficit iuratoria cautio sec.Fely.in d.rub.de treug. & pac. & remiss.Franc.Rip.in dicta rub.ff.de damn.infec.

¶Sextò decla.ut non procedat quoties persona, quæ caue re debet sit suspecta; tunc enim suspicio operatur ut cautio debeat interuenire cum fideiussore,alleg. gl. in l.pe.ff. de pet.hæred.Bar.in l. si prius.q. 3.ff.de ope. nou.nunc. & scribit Franc.Rip.in d.rub.de dam.infe. nu. 11. idque com
14 probatur, quoniã† ubi maius est periculum ibi cautius est agendum c.ubi periculum.de elect.li.6.ad hæc no.per Fel. in d.c.ad nostram.ex.de iureiu. Ias. in d. l. sancimus. C.de uerb.sig.Old.consi.58.nomen cautionis.

¶Septimò decl. ut procedat secundum subiectam materiã hoc est q ratione subiectæ materiæ is qui tenetur cauere audiatur dando iuratoriam cautionem Ant.But. in c.fi.ex. de rest.spo. Alex.cons.57.col.fi.lib.3. cons.35.col.2.lib.4. Dec.c.1.de iud.in c.qua fronte ad fi.ex.de appella. ut si qs soluere non possit etiam in statuto d.consi.57.& si quis nõ inueniat fideiussorem stari soli iuratorię promissioni Alc. Soz.& Ias.in l.1.ff.qui satisd.cog. Ias. in l. 1.C.de procura. Guid.Pap.decis.189.circa Tiraq. de retract. consang.§. 1. gl.18.nu.49.Abb.in c. per uestras.ex. de donat. & quæ sit forma iuratoriæ cautionis Bal.ponit in aut. generaliter.C. de epi.& cle.& per Gui.Pap.d.dec. 189.& p apostillas ibi.

¶Postremo aduertendum est ; quoniã si uerũ est id , quod scribit Fel.in d.c.ad nostram.ex.de iureiu.hoc est q ubicũ que causa cognita cauendum est ibi requiritur fideiussor, in cautione nostra iure non solum consuetudine requiritur fideiussor:quia semper causa cognita hæc cautio iustificatur,ut ultra prædicta per Petrum in epit.delict. li. 1.c.7. Barthol.Cassan.in consue. Burgund.fol.mihi.236.

¶Aduertendum præterea est circa prædicta; quia quando promittens est soluendo & habet in bonis securior vr stipulator per hypothecam generalem , uel specialem bonorum. Vt in simili uidemus quòd conductor habẽs hypothecam siue generalem siue specialem non potest expelli ab emptore sec.magis comm. opi. ut per Neguſ. de pignor.2. part.in prin.nu.5.pſertim ubi adsit iurm Goz.cons.24. nu. 9.Paris.cõs.43.nu.100. li.1.Alex. in l.si filiofamiliàs.§.fi. ff.solu.mat. Capit. decis.182.Paris.cons.69.nu. 159.lib.3.

Soz. iu.

Soz.iu.conſ.53.li.3. conſ.118.in fi. li.2.conſ.229.col.1.& ſeq.lib.2.conſ.78.li. 1.conſ.50.nu.20.li.1. & re uera† ubi
15 principalis eſt ſoluendo fideiuſſor nõ eſt neceſſarius; quia prius quàm deueniatur ad fideiuſſoré excutiendus eſt principalis,aut.præſente.C.de fideiuſſor.not.in l. decem.ff.de uerb.obli.in l.fi.ff.ſi cer.pet.niſi conſtituat ſe principalem de quo an amittat excuſſionem Aymo conſ.272. & ĩ.tangam,& quid in ſpecie in cautione de nõ offendendo infra
16 tangam,† & obligatus dare fideiuſſores inuitus non aſtringitur ad pignora, & notandum eſt; quia prætereà uidetur ꝙ obligatus dare hanc fideiusſionem dãdo pignora liberetur;
17 quia† iniuſtè petit ſibi dari fideiuſſorem qui habet pignus,ut per Dec.in reg. fructus rei,ff. de reg. iu. & in reg. plus cautionis.eo.tit.fructus tñ erunt debitoris : quia non ſubeſt debitum,& ad hæc uide Iaſ.in l. 1.col.3.ff. qui ſatiſ. cog.ubi hunc punctum tangit.& quid ſi iudex ita contentatur ſcribit Affl.in conſt.reg.humanitatem.col.3. & uide de materia Dec.& Cagnol.in reg.plus cautionis.ff. de reg.iu. ubi & ipſe tetigi,& ibi habebis an q promiſit dare fideiuſſores dando pignora liberet̃,q̃d ueniat fideiusſionis appellatione, & an pro pignoribus dari posſint fideiuſſores, & quid ex ſubiecta materia, & quid de iuratoria cautione. Hodie tamen practici noſtri temporis ſtatim ueniunt ad fideiuſſores ut magis ſint in tuto, ſi forſitan principalis hypothecans non eſſet ſoluendo.

SVMMARIVM.

1 *Iudex an posſit procedere ad capturam perſonæ, uel rerum uel ad bannum, uel exilium,uel aliam mulctam contra eum, qui noluit comparere coram eo,ad dandam cautionem de non offendẽdo,uel ad ſe defendendũ quare non debeat dare,& ut ibi.*

2 *Ad bonum præſidem ſpectat prouidere ut Reſp.careat malis hominibus,& procurare,pacem,& concordiam.*

3 *Vt in Iudice prudentiæ pars eſt cogere partem ad cauendum, & occurrere ſcãdalis, Ita imprudentiæ non cogere,nam ad eũ ſpectat prouidere ne fiãt turbæ,tumultus,et ſeditiones in populo.*

4 *Cauſa arbitrij dat Iudici latas habenas, ex quo arbitrio poterit*

compellere partem, & fideiussorem ad se obligandum in formâ plenissima Cameræ, cuius effectus est multiplex.

5 *Practica communis, citandi partem, ad tollendas dilationes, & subterfugia, & dubitationes, nunquid contumax possit mulctari, sine noua citatione, uide ibi.*

Practicæ citationis, quæ procedit quando præceptum factum est in personam, ibi latè.

6 *Si quis compareat pro citato ad cauendum, uel se defendendum, ut Iudicem doceat de absentia citati & de eius innocentia, debet per Iudicem audiri, cum assignatione termini ad probandum incumbentia.*

Iudex pōt occurrere cauillationibus, ex breuitate dilationum.

Mala citatio, non facit contumaciam.

7 *Iudici, qui sine causæ cognitione procedit, de facto resisti potest, uti priuato.*

8 *Forum ecclesiasticum an possit implorare brachium seculare, ad compellendos negantes dare hanc Cautionem.*

Brachiū superioris cōcedi debet, si imploratur, nisi cōstet quòd iniustè petatur. & Imp. posset petere brachium ecclesiæ, uide ibi.

9 *Iudex, si per se non potest compellere potentiores ad cauendum, potest requirere ciuitatem cui præest, sub censuris, et pœnis, ut in hoc sibi opem ferat.*

10 *Qui recepit cautionem de non offendendo, an possit petere sibi concedi familiam ad defensam et delationem armorum, uel aliud remedium de enumeratis, in hoc casu?*

Creditor qui fecit capi suum debitorem, poterit etiam petere se mitti in possessionem bonorum ipsius debitoris.

11 *Iudex debet stare iuratoriæ Cautioni, nō inuenientis cautionem de non offendendo: nec potest procedere ad bannum, uel carceres, uel triremes, uel similē pœnā, quia nemo ad impossibile tene(tur.*

12 *Nemo tenetur ad impossibile.*

13 *Arbitrium, quod Iudici fuit tributum circa hanc cautionem, est tantum, ut prædicta eius arbitrio committantur ob quietem, & tranquillum statum Reip.*

14 *Iudex ex causa, et si eius arbitrio uideatur, poterit alicui interdicere aliquo loco, uel prouincia.*

Et in facto fuit obseruatum in pœna triremium, uide ibi.

Iudex

15 *Iudex non debet pati se contemni.*
16 *Vir bonæ conditionis, & famæ, est ut Lilium dans suauitatem odoris.*

Contra nolentem cauere de non offendendo: quò modo procedatur. Cap. V.

1 SI † quis accedere nolit ad iudicem ad dandum hanc cautionem, uel ad se defendendum quare dari non debeat, (quia si uelit se defendere cogitur interim cauere de iudicio sisti, & si est suspectus de iudicato soluendo, ut per Afflict. decis. 170. & fit pceptum utrique parti, quòd nihil innouent iux. not. p Bar. in l. 1. §. hoc interdictum. ff. uti possid. & facit l. æquissimũ. ff. de usufruct. cum simil. an contra eum perueniri possit ad capturam personæ uel rerum, uel ad bannum, uel exilium, uel relegationem, uel aliam huiusmodi mulctam arbitrio iudicis? ego puto quòd circa hæc iudex habeat latissimum officium ut circa alia iuxta. l. 1. & ibi not. ff. de iurisd. omn. iudi. Paris. consi. 165. li. 4. ubi officium huiusmodi à dispositione iuris communis regulari putat iuxta not. in l. quod si Ephesi. ff. de eo quod cer. lo. de quo quædam dixi in reg.
2 in omnibus. ff. de reg. iu. † quia ad bonum præsidem spectat prouidere, ut respublica careat malis hominibus. l. cõgruit. ubi Bar. ff. de offi. præsi. Item ad bonum præsidem ptinet procurare pacem, & concordiam Oldrad. consil. 84. col. 5. Bal. in l. 1. de offi. præf. urb. Ferrett. in tit. de feriis & induc. & ibi latè multa de priuilegiis pacis, & multa, quæ fieri possunt propter pacem ad hæc quædam per Petrum à Plaz. in epit. de li. lib. 1. cap. 7. Marsii. in l. 1. §. prætereà.
3 ff. de quæstio. & facit † quia ut prudentiæ pars cautio est, ita imprudentiæ non cauere, & occurrere scandalis ubi potest, & ad iudicem spectat prouidere ne fiant turbæ, tumultus, & seditiones in populo, ut per Dec. & Cag. in reg. non est singulis concedendum. ff. de reg. iu. & ita ꝙ ad prædictã mulctam perueniri possit Ferret. in tit. de feriis col. fin. & quòd banniri posset Capit. dec. 141. & per Carrer. in prac. l. obser-

l.obseruare.nu.65.in fi.ubi quòd nõ põt foriudicari, quod & in forense dicendũ erit in reliquis præsuppositis terminis habilibus. & ita quòd propterea q̃s mulctari possit iurisdictione, quã habet Grãmat.decis. 104. & ad prædicta facit.l.2.C.de mod.mulct.not.in l.1.ff.de uẽt. inspi.no.in c. 1.ex.de iud. Verum tñ est quòd iudex regulariter non deberet excedere modũ mulctæ de quo in d.l.2. C.de mod.
4 mulct.& per Cons.crim.78.mag.q.4.† causa tñ arbitrij iudici dat latas habenas, & ex p̃dicto iudicis arbitrio iudex poterit partem cõpellere & eius fideiussoré ad se obligandum in plenissima forma cameræ, cuius effectus multiplex est, de quo cũ habeatur tractatus præclarissimi uiri Antonij Massæ nunc etiam obiter quicquã scribendum nõ erit.
5 ¶ † Ad prædictas aũt mulctas, item ad tollendas dilationes, & subterfugia, & dubitationem an ex prima citatione contumax possit mulctari sine noua citatione, de quo per Bar.in l.1.col.3.ff.si quis ius dic.non obtem. Abb.& Fel.in c.2.ex.de testib.cog.placet mihi cõis practica. Præcipimus tibi A. quatenus infra biduum post huius præsentationem compareas coram nobis ad dandũ cautionem, & fideiussionem de non offendendo B. sub pœna tali, in quam quare condemnari non debeas in euentum contrauentionis ex nunc prout ex tunc te citamus, & pro citato haberi uolumus, & eodem modo te citamus ad dicẽdum causam quare inde præfata condemnatio executioni mandari nõ debeat pro die immediate sequenti, uel aliàs posteà quandocunque. Quòd si te senseris grauari cõpareas iustitiã recepturus &c. Ita enim faciendo facta relatione de præsentatione præcepti, & elapso termino conuenienti præceptatus mulctari põt, & de mulcta relaxari grauamen sine noua citatione, ut scribit Fel.& Fran.Rip.in c.1.ex.de iudiciis.

¶ Alia practica fundari potest ex l. cum postulassem. ff. de dam.infect.hoc est præcipimus tibi A. quatenus uenias ad cauendum & fideiubendum B. de non offendendo sub pœna mille scutorum, quòd si cautionem & fideiussionem p̃dictam non dederis illam haberi uolumus pro data, & ita ex nunc prout ex tunc declaramus, & ita satis commodè probatur

batur in d.l.cum postulassem.ff.de dam. infect.

¶Hęc practica dubio procul procedit qñ pręceptum factū est in personam, sed quia calumniosi latitant dubitari pôt an obseruanda sit si præceptum præsentatum fuerit domī (cuius dubitationis tollendæ gratia quidam addunt, siue psonaliter, siue domi præsentetur, licèt ex hoc latitantem non magis contumacem fieri puté?) & puto quòd sic, præsertim si nuncius retulerit diligentem se fecisse inquisitionem de persona inuenienda, & pręsentatio hmõi fiat ad domum solitæ habitationis iuxt.not. per Bat. in l.4.§. ait prætor.ff.de dam.infec. Non.n.vr̃ uerisimile domesticos latitanti hæc non significare, qua ratione idem sufficere uidet̃ si citatio hmõi fiat in locis publicis per affixionem carthæ citationis uel præcepti, tunc enim iudicis arbitrium erit ad notitiam latitantis peruenisse iuxt.not.in auth.quod semel.C.quo.& qu.iud.Dec.cons.460.col.fi.Abb.in c.ueritatis.ex.de dol.& contu. Fel.in c.in nomine domini.ex.de sent.excomm. Tiraq. de retract.§.9. gl.2.de eo autem qđ diximus diligenter inquirédum de persona prius quam ad domum præsentetur Alex.cons.2.col.1.li.3. & de materia citationis ad domum, & qui citandi sint, & quomodo citatio huiusmodi procedat latiss. Tiraq.in d.gl.& §.8.gl.2.& §.fi.nu.78. Alex.cons.49.li.1.Dec.cons.449. & cons.460. cum simil. quæ alleg.poss.

6 ¶† Planè si pro tali ut s̃. citato aliquis compareat ad docẽdum de absentia citati, necnon ad instruendum iudicé de innocentia absentis, utiq; is debet per iudicem audiri cum assignatione terminorum ad probandum incumbentia, ut per Inn.in c.ueniens.ex.de accusa. Ant.But.in c.cum parati.ex.de appell. Veron.cons.63.primum Corn.cõs.17.licet li.3.cons.274.uisa.li.e.Dec.in reg.in eo. §.2.ff.de reg.iu. cõs.479.ad fi. Alex.in l.quæsitū.ff.de re iud.cõs.6. li.6.Paris.cons.152.li.4.& ex breuitate dilationum iudex si ita iudicauerit occurrere poterit cauillationibus comparentiū. uerū si ita comparentem iudex non audiret malè ageret,& condemnatio hæc uires nõ haberet ꝑsertim quo ad hoc, ut indiciū sit ad torturā, Vt in simili mala citatio nõ facit contumacem.

tumacem.l hæc autem.§.1.ff.ex quibus.cau.in pos.eat.Ful. conſ.114.& ſeq. Alex.in l.3.C.de procura. in l. ſi finita.§. Iulianus.col.13.de dam. infec.Soz.. de citatione art.5.q.14.
7 & alius dicimus, ꝙ † iudici, qui ſine cãæ cognitione procedit de facto reſiſti poteſt ut priuato, ut per Car.cle.1.§.fin. col.fi.de celebra miſſa. Abb.& alii in c. ſi quando. de of.de leg. Dec.conſ.151.Dec.& Cagn. in reg. factum à iudice.ff. de reg.iu.Fel.in c.cum ordinẽ ex.de reſcri.Marſ.ſing.195. nemo. ¶Mulctatus autem ſecundum prædicta poſteà comparens, & petens reuocari facta in contumaciam credo ꝙ debeat audiri refectis expenſis iuxt.no.in l. cum notiſſimi. C.de præſcri 30. uel 40 ann. in l.ſi finita.§.Iulianus.ff.de damn.infect. Iaſ.in l.ſancimus.C.de iudiciis, ubi quomodo
8 ſufficiat uerbalis oblatio. † iuxta hæc q. ad compellendos iſtos detrectantes dare hanc cautionem de non offendendo utrum forum eccleſiaſticum implorare poſſit officium iudicis ſecularis & brachium ut dicitur ſeculare, ita ut ſufficiat iudici ſe informare ſimpl'r de plano, & ſola facti ueritate inſpecta? quòd ſic facit in arg.dictum Inno. in c.1.ex.de of.ord. ubi ſi imploretur brachium ſuperioris niſi conſtet quòd iniuſtè petatur concedi debet, ſequitur Alex. conſi. 130.col.1.li.4.& ex hoc quod diximus de facto informationem præcedentem ſufficere declaratur opinio Bar.in l.magiſtratibus ubi Bal.ff.de iuriſd.om.iud.in l.diuus.in l. non dubium.ff.de cuſtod.reor.Ign.in l.1.§.cũ dominus. nu.33. ff.ad Senat.conſul.Sillan. merum tñ executorem nec de facto ſe informare debere.l.executor.C.de execu.rei iudica. Ex quibus grauiores quæſtiones forſitã decidi poſsẽt. ecce enim imperatoris uires modicæ ſunt, & duces eundem in dominum recognoſcentes potentiores, ſi inter eoſdem de non offendendo is caueri facere non poſſit impetrauit brachium eccleſiaſticum, ut ſi contra euenerit in foro eccleſia
9 ſtico dicendum uidetur, ex his quoque dici p̃t † ꝙ ſi iudex per ſe cogere non poſſit potentiores ad cauendum ad hoc requirere p̃t ciuitatẽ cui p̃eſt ſub cenſuris, & pœnis, ut ſibi in hoc opem ferat iuxt. no. per Paul.Caſtr. conſ.422.quia ſcio.col.2.Bal.in l.2.ff.de noxalib.Dec.in reg.culpa caret.
ff.de

ff.de reg.iu.& ex ibi dictis apparet q iudex si non prouide ret circa huiusmodi casum in syndicatu forsitan teneretur, ad hæc quoq; uidenda sunt scripta per Affl. in proœ.const. regn. nu.43. & quomodo deueniatur ad brachiũ seculare, & ad censuras ecclesiasticas dignosci potest ex Gallesi. de oblig.camer.p.ult.q.ult. ¶ Diximus supra de multis reme diis,quæ dantur qñ aliquis detrectat dare cautionem hãc
10 de non offendendo,& de aliis dicemus j.† an simul cumulari possint,ut si quis petat sibi familiam concedi ad defen sam,& delationẽ armorum isq; etiam si cautionem de non offendendo receperit,uidetur q non:quia pateat unicuiq; uia,quam elegit.l.si mulier.ff.quod met.cau.contra tamen puto exẽplo eius,quod dicimus si creditor capi fecerit debitorem non propterea minus petere poterit se in possessionem immitti bonorum debitoris.Bal.& Pau.in l. qui le gati.C.ut in pos.lega.Bal.& Ias.in l. 1.in fi.ff.si qu.ius dic. non obtem. Dec.cons.77.in fi.fragile enim est committere se soli cautioni.l.suspectus.ff.de suspe.tut.l.cogi.§.si pater. ff.ad Trebel.l.qui ita.eo.tit. Tiraq.de retra. § 1.gl. 18.nu. 33.facit tex.in c. literas. ex.de rest.spo.in c. ex transmissa. e.tit.ubi gl.no.in reg.nemo ex his.ff. de reg. iur.in quibus tñ reseruarem iudicis officium,ut à iure certè non termina
11 tis iuxt.no.in l. 1.ff. de iu. delib. cum si. ¶ † Quæro aliqs citatus ut s̃.comparuit & non inuenit cautionem,iudex nõ uult stare eius iuratoriæ cautioni, an ad supradictas pœnas hoc est relegationis banni, præterea carceris, & triremiũ procedere possit quòd sibi ita suadeatur ex qualitate perso
12 narum? uidetur q non; † quia nemo ad impossibile tenet reg.impossibilium.ff. de reg. iu. hic autem quantum in se fuit laborauit in inueniendo fideiussorem, item ipse est pa ratus dare cautionem iuratoriam ut quoad se nihil quod
13 fieri reliquũ sit uideat. ¶ † Sed ut supradixi magnum est ar bitrium in procedendo circa hanc cautionem,q iudici fuit tributum, ita ut pdicta eius arbitrio quoq; permittantur pp quietem,& tranquillum statum reipublicæ,iuxt.l.con-
14 gruit.de of.præsi.à quibus non abest † q iudex ex cã,& si q dẽ eius arbitrio uideatur poterit alicui interdicere aliquo loco

loco uel prouincia, ut p Fel. in d. rub. de treug. & pac. col. fi. & per Alex. Ias. & alios in l. quod iussit. ff. de re iud. & per eundē Fran. Rip. remiss. in d. rub. de dam. infe. in fi. & ad hęc uidenda sunt q̄ scribit Affl. in procem. consti. regn. nu. 38. & seq. & ipse uidi quandoq; interdictum alicui malo uiro aliquo loco sub pœna triremium, idq; cum ille cō
15 trauenisset ad unguem obseruatum; quia † iudex pati non debet se contemni. l. obseruare. ff. de off. præsi. ¶ Qua rōne nō immeritò forsitan dici posset q̧ tales ut supra suspectī dū sunt in illa trepidatione fugiendi propria authoritate capi possint, iux. no. p l. ait ꝑtor. §. is q debitorē. ff. de his qu. in fra. cred. Ancha. cōs. 85. cōs. 123. Corn. cōs. 136. li. 4. Alex. cōs. 19. cōs. 64. li. 3. cons. 241. li. 6. Deci. cōs. 669. in l. uinū. ff. si cer. pe. Mars. not. 44. not. 282. & in pract. §. diligēter. & §. expedita. ¶ Non obst. quod s̃. dicebamus non esse huic imputandum; quia fecit quidquid potuit, ut is esset securus per dationē cautionis iuratoriæ, uel fideiuss-
16 soriæ; qa non fecit ut esset † uir bonæ cōditionis & famæ, qđ est lilium dans suauitatis odorē, ut Bal. dicebat in l. 1. col. 4. C. de consul. quare damnum quod q̧s sua culpa &c.

SVMMARIVM.

1 *Petenti cautionem de non offendendo, iure, obijcitur quòd ipse prius nō cauit non offendere eum, à quo petit cautionem eius ve coniunctos, & ratio ibi.*

2 *Petens sibi aliquid concedi, non prius auditur, quàm ipse adimpleuerit ea, quæ sibi incumbunt facienda.*

3 *Ex eo quòd te conueni, tu me reconuenire non potes, nisi causam reconuentionis habeas.*

4 *Vt æqualitas seruetur & ne detur occasio offendendi ligatum sub prætextu iuris obseruantia est, ut quicunq; petit sibi caueri, ipse primò caueat.*

5 *Ille, cui cautum fuit, nō statim tenetur cauere, nisi timor subsit.*

6 *Ad officium præsidis spectat, ne potentiores, imbecilliores supprimant.*

7 *Fieri potest ut unus fideiussorem det, alter uerò non, inspecta causa timoris, & non timoris.*

Impoten-

8 *Impotentiori sufficit cauere pro summa quam inuenit: quia & modica summa respectu alicuius personæ, dicitur magna.*

9 *Latissima potestas tributa est Iudici, circa prouisionem pacis, & quietis quando timetur à potentiori.*

Quòd quis cautionem non inuenerit, statur de hoc eius iuramento in reliquis relaxandus.

Rixosus multa patitur, quæ aliàs non pateretur.

10 *Potentior si à consanguineis, et sequacibus aduersarij imbecilioris, timeat offendi, & iustè & illi cogentur cauere; quia subest iusta causa timoris, & si fideiussorem non inuenerit poterunt relegari.*

Bona fides non patitur, ut bis, idem exigatur.

11 *Promittens factum alienum, non obligatur.*

12 *Is à quo timetur, si non inueniat cautionem, nec probet timorem à potentiori ipse poterit relegari et potentior, non cauet, nisi iudex, ex arbitrio aliud statuerit. quòd arbitrium latissimum est ut ibi.*

Omnes exceptiones. quæ impediunt implorari officium iudicis, obstant, & possunt opponi petenti cautionem de non offendendo, uel pro se tantum, uel pro se, & consanguineis.

Ignorantia probatur per iuramentum, similiter timor de fuga debitoris, & expensæ contra contumacem.

13 *Si statuto caueatur, quòd is qui petit cautionem, ipse prius debeat cauere, uel in casib. in quibus iure id faciendum est, nõ sufficit quòd offerat se paratum cauere, uel dare fideiussores: quia uerba intelliguntur cum effectu.*

14 *Petenti hanc cautionem, an possit opponi quòd ipse fuerit causa inimicitiæ?*

Quilibet potest renunciare iuri suo.

Nemo potest allegare metũ, cui ipse causam dederit. & de quo metu intelligatur, & an hoc procedat, & quomodo uide ibi.

15 *Quis non debet consequi actionem ex delicto proprio: quia dãnum, quòd quis sua culpa patitur sibi imputetur.*

16 *Consanguineus usque in tertium gradum, si promiserit, pro aliquo consanguineo, de non offendendo, alij consanguinei nõ obligantur, nisi ratificauerint.*

De

De quibusdam exceptionibus, quæ obiiciuntur contra petentem hanc Cautionem de non offendendo. Cap VI.

1 DETENTI cautionem hanc de non offendendo obiicitur quòd ipse prius nõ cauit non offendere eum à quo petit cautionem eiusve cõiunctos
2 an iure id fiat? uidetur quòd sic, quia † petẽs sibi aliquid fieri non prius audietur quã ipse ea, quæ sibi faciẽda incumbunt fecerit, uel impleuerit, ut per l. Iulianus. §. offerri. ff. de act. empt. Deci. consil. 299. col. fin. cons. 420. cons. 452. Dec. in l. filiæ. C. de coll. Alex. cons. 18. li. 1. cõs. 26. lib. eo. Aymo cons. 127. col. fin. cons. 151. col. 2. cum si. ¶ Contra tamen Bar. putauit in l. qui bona. §. si quis. ff. de damn. infec. quem sequitur Franc. Rip. in d. rubr. de damn. infec. nu. 19. quia si tu à quo ipse peto cautionem a me nõ times, ipse tamen a te timeo utiq; ego tibi nõ teneor cauere, q͞a deficit ex parte tua timor, q͞ est fundamẽtum huius
3 cautionis, a quo nõ abest q͞d dicimus, † ex eo q͞d ego te cõueni tu me recõuenire nõ potes nisi causã recõuentionis habeas, ut scribit d. Franc. Rip. ĩ d. rub. de dãm. infec. nu. 19. à quibus non absunt notat. per Felyn. in rub. de treug. & pac. col. pen. Petrũ a Plaz. in epito. delict. li. 1. c. 7. quæ uerò supra in cõtrariũ allegata fuere procedũt subsistẽte obligatione ad faciẽdũ ex parte petẽtis. Vnde notare licet cautionẽ hãc & cum eo mecum interuenire posse, qui mihi nõ
4 cauerit; quia ab eo non timeam. ¶ † Obseruantia tamen est quòd quicunq; petit sibi caueri, ipse ante omnia caueat, ne detur occasio ligatum offendendi sub prætextu iuris, & ut
5 æqualitas seruetur. † Verum est quòd non ex eo quòd tu cauisti ipse statim tibi teneor cauere ne detur materia calumniãdi, sed ita demũ si timor subsit. Ex causa certè communi hac obseruãtia reiecta ad ius cõmune reuerti possemus, ecce enim impotens à potẽtiore cautionẽ petit ipse propter paupertatem suam non inuenit fideiussorem nunquid nõ prospiciemus huic infirmiori, cum certũ sit potentiorẽ nõ timere imbecilliorẽ? utiq;. Hoc. n. est quod dicit in l. illicitas. §. ne

6 tas.§.ne potentiores.ff.de offic.præsid. hoc est quod† ad officium præsidis spectat ne potentiores imbecilliores supprimant, itaq; induci potest tex.in.l. denuntiamus. C. de his qui ad eccles. confug. in quibus non consideratur hæc cautio reciproca nisi quatenus timor offēsionis urgeat. Vis tamen cōsuetudinis magna est. Ex his quādoq; male obseruatum uidi, quidam enim præpotentior fideiussorem dederat non offendere talem sub pœna mille scutorum, & uolebat sibi caueri ab eo quem non timebat (licet secus diceret) sub eadem quantitate, ille uerò cautionem nō inueniebat, quare quasi in carceribus detinebat ut caueret, & certè malè; quia ille non habebat iustam causam timoris, nec se-
7 quitur ego caui te non offendere, ergo & tu mihi teneris,† & fieri potest quòd unus fideiussorem det alter uerò minimè inspecta causa timoris, & non timoris, ut probatur ex prædictis, & ex dicto.§.ne potentiores. ¶ Sed hic q.pone iuxta prædicta quòd hinc inde sit iusta causa timoris & impotens ratione diuitiarum, uel personarum habeat aliquē potentiorem æquè facientem, uel coniunctum, potentior diuitiis cauit de non offendēdo in quinquaginta millia impotentior uerò ne in quingēta quidem fideiussorem inue-
8 nit, quid agendum? uidetur quòd † impotentiori sufficiat cauere pro ea summa, quam inuenit; quia & modica summa respectu unius dicitur magna respectu alterius iux.no.
9 in l.admonēdi.ff.de iureiu. & † qñ timeт̄ à potētioribus latissima ptās tributa est iudici circa ꝓuisionē pacis, & qetis iux.not.p Iul.Ferre.in tit.de feriis nu. 148. ¶ Vr̄, ꝙ ex quo cautionē non inuenit stetur eiusdē de hoc iuramento, & ꝙ in reliquis sit relaxandus iux.not.in l.si uerò.ff.qui satisd. cog. Alex.cons.57.col.fi.lib.3.cons.35.col.2. lib.4. Deci. in c.qua fronte, col.fi.de appella.& s̄. in simili tetigimus. uidetur ꝙ cum hanc cautionem nō det possit relegari, ut de eo qui cum possit non cauet ut supradiximus, & facit ratio; quia ex eo quòd quis est rixosus multa patitur, quæ aliàs non pateret, ut per Aret.in §.pe.insti.de usu, & habi. Rip.in rub.ff.sol.mat.col.fi. Doct.in l.si quis stipulatus.§. si quis ita.ff.de uerb.obl. Tiraq.§.1.gl.18.nu.40.de retract.

10 ¶ †Sed quid si potentior à consanguineis, uel sequacibus aduersarij imbecillioris adhuc timeat & iustè an ij cogentur cauere? utique; quia subest causa timoris, unde & si ipsi fideiussorem non inueniant relegari poterunt. Sed an uno inueniente cautionem cæteri restituendi sint? vr̃ q̃ sic; quia bona fides nó patitur, ut bis idem exigatur. l. bona fides. ff. de reg. iu. sed hoc uerum vr̃ si quidem alij ratificauerint fa

11 ctum promittentis; quia aliàs uideretur † promissum factũ alienum, quod regulariter non stringit, ut in l. stipulatio ista. §. pe. ff. de uer. obl. quod uerum non esse quoque declararem ubi diuersæ causæ timoris essent, tunc enim nihil impedit quin à diuersis consanguineis cautio diuersimodè peti possit. unde etiam dici posse puto, quòd si inter aliquos semel data fuerit cautio de non offendendo, & iterum contingat noua causa ex eadem iterum dari debet; quia noua causa tollit primã illã cautionem ut j. dicam, & simpl'r data fideiussio intelligitur ex omni causa de præterito. arg. l. 1. §. & generaliter. de leg. præstan. secus uerò est si causa exprimatur; quia ad eam tm̃ restringitur. l. cũ pater. §. dulcissimis. de leg. 3. in quo fieri pót ut expressa noceant, non expressa non noceant. l. nonnunquàm. §. fi. ff. de leg. p̃st. & forsitan cautius esset dicere ex tali causa nec non ex alia quacunq; in p̃teritum iux. not. in l. qui cũ tutoribus. ff. de

12 transac. ¶ Ex prædictis quoq; declaratur dubiũ q̃ † is, à quo timetur si non inueniat cautioné, & ipse non probet timorem à potentiore ipse relegabitur, & potentior non dabit cautionem nisi iudex ex arbitrio suo aliter statuerit, qđ arbitriũ in p̃dictis reseruo ita ut in casibus hmõi partes cogere possit ad faciendã pacé, uel aliud agendũ ut scandala tollant̃ iux. no. per Iul. Ferret. in tit. de feriis nu. 24. ¶ Quæro aliquis petit cautioné pro se & pro consanguineis de non offendédo, utrũ quoad cõsanguineos obest exceptio tu nõ habes mandatum? vr̃ quòd non. iux. not. in l. sed & hæ. ff. de procurat. & in l. exigendi. C. de procurat.

¶ Quæro utrũ petenti hanc cautionem obstet exceptio tu es excõicatus, uel es bannitus? credo q̃ obstent oẽs exceptiones, quę impediũt implorari officiũ iudicis iuxta materiam.

teriam.l.1.§.& parui.ff.qđ ui,aut clam,qm̄ hæc cautio petit ex officio iudicis nobili , ut supra in principio scripsi, exceptiones aūt declinatorię & peremptoriæ aliæ si quæ competunt,quin proponi possint nihil impedit ut in reliquis iudiciis ex rationis identitate.l.a Titio.ff.de fur.cum simi. ¶ Quæro utrū petenti hanc cautioné obstet exceptio tu non probasti timoré,& non debet credi tuo iuramento? q; debeat probari de timore , & iusto timore supra tetigimus. Verū an id probetur iuřo pōt esse ambiguum, quia timor ūt in animo consistés vř probabilis per iuramentum iux.no.per gl.& Ias.in §.sed istæ. Insti.de action.& ꝑ alios in c.significasti.ex.de homic. & quædam alleg. in lib. meo de prob.neg. in modo probandi ea,quæ in animo cōsistunt. Sic uidemus quòd ignorantia probatur iuramento Fely.& Dec.in c.cognoscentes.ex.de consti. Marsi in rub. de proba.col.28.facit c.continebatur.ex.de despon.impu. Sic timor fugæ in debitore suspecto fugitiuo per iuřm probari vř,ut per Alex.& posteriores in l.2.§.fi.ff. sol.mat. l. si ab arbitro.ff.qui satis.cog.& contra contumacem expensas ꝑbari solo iuramento saluo iure probādi contrarium,ut hęc atque hmōi latè prosequitur Tiraq. de retra. §.4.gl.1.per tot.illam glo.& ita sentit solo iuramento in materia timorem probari Rip.in rub.de dam.infe.nu.18. de quibus uidendus est ét Cassan.in consue.Burg.fol.mihi 236. ¶ In cōtrarium uidetur esse ueritas ; quia cum fideiubere sit onus nemo sine causa id oneris subire debet.l.2.§.sed & si dubitetur.ff.de iudiciis, & cum hæc cautio parte citata & causa cognita saltem summariè iux. §.sed neque. in Authen.de mand.prin.& no.per Bar.in extraua.ad repri.in uerb.summarie certè aliquam probationem maiorem iuramento inueniemus , & ita scribit Bart.in l.capitalium.§.ad statuas. ff.de pœnis Imol.in l.2.in fin.ff.sol.mat. namq; licet iuramento timor probetur, tamen timor debet esse iustus ut ꝰ dixi,& scribit Fran.Rip.in d.rub.de damn. infec.col.2.unde & qualitas iustitiæ probanda est sec.not. per Bar.in l.1. §.quod auté.ff.ne qu.in flum.pub.in l.1. §.item quæsitum. ff.de aq.quot.& æstiu. Tiraq.de retract.§.8.glo.7.in prin.

Aymo.conſ.231.Pariſ.conſ.20.col.fi.li.2. Soz.iun. cōſ.4. nu.30.li.1.cum iis,quæ cum. de prob. neg.in prin. nu.3.ad hęc not ꝑ Anch.cōſ.52.pro clariori.Pariſ.conſ.168.nu.6. & ſeq.li.4.ubi iuſtum timorem probandum eſſe uoluerūt. ¶Quam ob rem dici poteſt quòd ſi iudex ſine cauſa,& cauſæ cognitione q̃ ex actis appareat uel proceſſu informatiuo faciat dari hanc cautionem, & forſitan contrauētum eſt nō iniuſtè obiicietur exceptio ꝙ metu data ſit hm̃ōi cautio. arg.not.per Alex.conſ.48.lib.4. Dec.in reg. quo tutela.§. fi.ff.de reg. iu.quod & in dolo uerū erit ſi dolus adſit iux. tot.tit.ff.de dolo. ¶Planè ſi eueniret caſus,ꝙ timens offendit nolit aſſumere onus probandi cauſas timoris;quia fieri poſſet,ut obſtreperetur,item ꝙ ita petens ſuccumberet, & ita incitaret magis ignem,& aduerſarium,iſque qui de tali timore aſſerit eſt bonæ conditionis & famæ, & uir probus, uř ꝙ ei credi debeat,& quòd iudex excuſetur, qui huic fidem adhibuit,arg.gl.in l.Titius.ff. de cond.& demon.Bal. in l.iudicia.C.de crim.uin.Bar.in l.de pupillo.§.ſi qs ipſi. ff.de ope.no.nun. Alex.conſ.31.li.2.facit 81.diſ.c.nobiliſſimus.in contrarium tñ faciunt ea,quæ ſcribit Affli.in cōſti.regni in tit.de illicit.portat.arm.nu.28.

¶Quæro: quia diximus ſ. quædā de exceptione tu non ca-
13 uiſti aduerſus petentē pone ꝙ†ſtatuto caueatur, quòd is,q petit cautionē ipſe prius det cautionem,uel pone id in caſibus,in qbus iure id faciendū eſt, utrū hoc caſu ſufficiat offerre ſe paratū cauere, uel dare fideiuſſores? qđ non facit; quia uerba intelliguntˇ cū effectu.l.1.§.fi.ff.qu.quiſque iu. & facit qđ in ſimili dř,ꝙ leges quòd aliquid fiat ſi quis ſit paratus ſoluere non dř quis paratus ſoluere niſi ueniat cū denariis in manu.Bar.in l.ꝑtor.§.ſi reus paratus.ff.de ope. no.nun.nec ſufficit uerbo offerre Bal. in ti.ſi de feu.fue.cōtro.§.libet. Alex.in l.ſi mora.in prin.ff.ſol.mat.in l.ſi inſulam,col.fi.de uerb.obli.conſ.224.col.fin.li.2.conſ.106.li. 3.Anch.conſ.331.in prin.Bar.& Caſtr.in l.acceptam.C.de uſuris.Cur.ſen.cōſ.39.col.3. Iaſ.in l.Titiæ textores nu.7. de leg.1.conſ.172.lib.1.Anto.Neguſ.de pig.2.3.memb.5. part.prin.niſi ille,qui ſolutionem recipere debebat recuſet

ſet accipere.l.qui Romæ.in prin.ubi Doc.ff.de uerb.obli. Alex.in l.ſi mora.col.3.ff.ſolu.matr.Cotta in memorabili oblatio.Tiraq.de retract.§.2.gl.6.nume.21.& de materia oblationis,depoſitionis,conſignationis, idem Tiraq. §.1. gl.13.nu.22.& ſeq.§.1.gl.17.§.8.gl.2.

14 ¶Quæro utrũ † petenti hanc cautionem obſtet exceptio tu fuiſti cauſa inimicitiæ?quòd ſic tenuit Ang.Rom.& Caſtr. in l.qui bona.§.ſi quis iuxta. ff.de dam.infec. per illũ tex. Sed Bar.& Alex. ibi reſpondent quòd erat periculum rei ad rem non perſonæ ad perſonam;hoc enim grauius eſt. l. in ſeruorum.§.ſi.cum ſimi.ff.de pœnis.Secunda ſolutio eſt quòd ibi ædificans in loco prohibito, ſcienterq́ue id faciẽs uĩ renũciaſſe iuri ſuo:quod facere pt ſec. gl.ibi & uulgariter not.per l.ſi quis in conſcribendo.C.de pact.Sed cautioni de non offendendo quis renunciare non põt; quia hæc concernit offenſionem perſonę,& nemo eſt dominus mem brorum ſuorum.l.liber homo.ff.ad leg.Aq. Planè non petendo uidetur quòd quis ſe huic cautioni ſubiicere euitare poſſit,niſi ex officio iudicis ſolo, non ad inſtantiam partis propter utilitatem publicam quiſquàm cogeretur.

¶Secundò allegatur, quòd nemo allegare poteſt metũ cui ipſe cauſam dederit. l.ſi mulier. ff.qu.met. cauſ. reſpon.ꝙ procedit in metu procurato, uel ſi non ſit metus procuratus,tamen is eſt,quem pro iuſtitia quis pati tenebatur; ſecus uerò eſt ſi allegaretur metus ad euitãdum grauamen. l.nec timorem.ff.qu.met.cauſ.& ita reſpond.Franc.Rip.in d.rubr.de dam.infec.col pen.

15 ¶Tertiò alleg.quia † nemo ex delicto ſuo conſequi debet actionem.l.itaq; fullo.ff.de fur.c.1.de colluſ.deteg.& dicimus damnum quod quis ſua culpa patitur ſibi debet imputare reg.damnum,de reg. iu.lib.6. facit quod de filio exhęredato ſcribitur. §.cauſas. in auth. ut cum de appellat. cognoſ.& per Caſtr.in l.cũ a te.C.de inoff. teſta. & non licet allegare turpitudinẽ ſuam.l.tranſactionis. C.de tranſac.l. cũ profitearis.C.de reuo.dona Tiraq. de retrac.cõſ.§.1.gl. 18.nu.20.¶Reſpon.quòd prædicta procedunt quãdo delictum ordinatur ad conſequendum cõmodum: ſecus ſi pro-

pter aliud delictum fiat deinde ueniat in consequentiã cõmodum sec.Bar.in l.1.§.& si seruus.ff.de qõ.in l.2.§.sed & si notã.ff.si qu.caut.gl c.statutum.§.cũ uerò.ex.de rescr.in 6.Panor.in c.de cætero.ex.de sent.exc. His quibusdã aliis modis respondet Fely.in rub.de treug. & pac.nu.22.& adaptari possent declarationes quædã ex aliis,q̃ dantur ad regulã,ꝙ quis turpitudinem suam allegare non potest,de q̃bus ego multa in l.transactionis. C. de transact. Tiraq.de retract.§.5.gl.2.nu.15.§.1.gl.18.nu.72.

¶Cõtrariam uerò opinionẽ tenuit Bar. & Alex. in d.l.qui bona.§.si quis iuxta.ff.de dam.infec.Panor.in c.literas.ex. de rest.spo.in c.1.in 6.not.ex.ut lit.non conte. Imo. in d. §.si quis iuxta Io.And.in addi.ad Spec. in tit.de pignorib. §.sequitur uersi.quid si timet. Fel. in rub. de treug. & pac. nu.22.Ias.in l.si super possessione.col.fi.C.de transa.Frãc. rip.in d.rub.de dam.infec.col.pen.& hæc ur̃ cõis opinio,ut ex prædictis,& ex allegat.per Paris.cons.168.col.fi.li.4.notare licet pro hac opinione. alleg.text. in c.de benedicto. 32.q.2.ubi maritus cogitur mulieri uxori dare cautionẽ de non offendendo,licet ea adulterium commisisset.

¶Item quia sufficit timorem subesse ex quauis causa timor originẽ sumpserit,l.in ipsius.C.famil.ercis.no.per gl.in l. Athletæ.§.dat remissionem. ff.de excu. tut. quam Bal. ibi inducit ad testes licet contra eosdem opponens causa fuerit inimicitiæ, & in Iudice & in arbitro scribit Ant. But. in c.ueniens.2.de sponsal. Alex.consi.99.in causa inquisitionis.li.1.& ita argumentat̃ Rip.in d.rub.de dam.infe.col:2.

¶Et aduerte;quia uel si uera sit opinio ꝑcedens,tñ nõ procedit qñ offensus petit sibi dari cautionem de non offendẽdo;qm̃ tunc offensus,quasi per reconuentionem & ipse petere poterit qm̃ subest timor, Idem dr̃ quando inimicitiæ offensiove diu durasset.sec.not.per Fel.in d.rub.de treug. & pac.col.fi.idq́; si iusta causa timoris subsit.

16 ¶Hic autem obiter nota, quòd † ex promissione de non offendendo facta per unum ex consanguineis usque in tertium gradum non ligantur consanguinei, ut per Paris.cõs. 109.col.1.lib.1.nisi forsitan consanguinei ratificauerint.

SVM-

SVMMARIVM.

1 *Cautio de non offendendo, pro quibus peti posſit.*
Non ſolũ iniuriã noſtrã, ſed et amicorum propulſare poſſumus.
Statutum de occidendis bannitis, non comprehendit patrem, neque filium.
Statutum quòd nulla perſona loquatur cũ bannitis, uel recipiat ab eis literas, non habet locum in patre, fratre, & huiuſmodi conſanguineis. Vide ibi.
2 *Statutum de non receptandis bannitis, non comprehendit affinem, bannitum.*
3 *Intereſt noſtra, amicos noſtros non offendi; quia iiſdem per emptis, cauſa noſtra fieret debilior.*
4 *Pro quibus, non poſſit peti cautio, de non offendendo.*
Socij mei ſocius meus non eſt.
Complices dicuntur ſocij ad malum.
5 *Qui dicãtur familiares, qui domeſtici, qui curiales, uel familiares principis, qui conſortes, qui ſequaces, qui adhærentes, uide ibi remiſ.*
6 *De complicibus, de ſocijs, de adhærentibus, de fautoribus, de inſtructoribus, & alijs, ibidem remiſ.*
7 *Conuenticula non dicitur niſi homines congregentur ad malum finem, quæ de iure conſtat ex numero x. hominum & multa, quæ requiruntur ad conuenticulam ibi.*
Ius pœnæ exigendæ, eſt tranſmiſſibile ad hæredes. ratio ibi.
8 *Conſanguineorum, proximorum, & agnatorum appellatione, ij tantum ueniunt, qui ſunt ſucceſſibiles.*

Pro quibus peti poſsit dari cautionem de non offendendo. Cap. VII.

1 QVAERO utrum †petens cautionem hanc eandé petere poſſit pro ſe, conſanguineis, attinentibus, familia ſua, cognatis, tutoribus, curatoribus, pupillis ſuis, baſtardis, ſpuriis, amicis, complicibus, ſequacibus proximis conſortibus, clericis, religioſis ve hæredibus futuris, pro forenſibus ut ſupra coniunctis, pro

domesticis, adhærentibus, uel quo quomodo legitimè ad petentem spectantibus tam masculis, quàm fœminis, tam maioribus quàm minoribus, tam fortioris naturæ, quàm imbecillioris? Barto. in d. §. ne potentiores. l. illicitas. ff. de offic. præsid. tenuit q etiam pro amicis quis petere poterit hanc cautionem al leg. l. cum precario. ff. de precar. l. si stipulatus fuerim per te non fieri. ff. de uerb. obli. l. non solum. ff. de usu & habitat. & quod petere possim cautioné non solum me non offendi, sed nec etiam meos Fely. scribit in rub. de treug. & pac. nu. 18. facit quia facta pace per regé intelligitur facta etiam pro adhærentibus sec. gl. in c. 1. de postu l. quam ad hoc ponderat Cur. Senior cons. 56. col. 6. circa medium, & ita argumentatur Franc. Rip. in d. rub. de dam. infe. nu. 18. & comprobatur ex eo quod no. Bar. in l. ut uim col. pe. ff. de iusti. & iu. & in l. si quis in seruitute. ff. de furtis, ubi uoluit non solum iniuriam nostram nos posse ꝓ pulsare, sed & amicorum nostrorũ, & tetigi in libello meo
2 de mentitis, & facit: quia † statutum de nõ receptandis bannitis non comprehendit receptantem bannitum affinem, ut in l. 1. ff. de recept. Ferret. in tit. de feriis. nu. 98. & ibi quòd ex statuto de occidendis bannitis filius non tenetur occidere patrem bannitum, & contra, unde dixi quòd statutum, quòd nulla persona cuiusuis conditionis loqueretur cum bannito, uel ab eo literas reciperet non habet locum in patre fratre, & huiusmodi coniunctis, ad hæc notata per Alex. cons. 144. li. 2. Affl. in cõsti. reg. de recep. pactar. Soz. in cons. 54. li. 3. Carre. in pract. §. circa uerò secundum. nu. 33. Gramm. decis. 29. cum si. quæ cumul. poss. Comprobatur prædicta ex eo quod considerat Fran. Rip. in d. rubr. de
3 dam. infec nu. 13. hoc est quòd † mea interest amicos meos non offendi; quia iisdem peremptis causa mea fieret debilior, & ita intelligantur per Bar. ut prædiximus allegata, namque si petens hanc, cautionem pro amicis diceret sua non interesse certè repelleretur; quia exceptio tua non interest fauorabilis est, & semper opponi potest. l. 1. de appella. l. 3. de uer. obli. & dixi in lib. meo de executione instrumenti guarentigiati, ut cõsiderat idem Fran. Rip. in d. rub.

de

de dam.infe.nu. 13.& hoc casu hac consideratione seu interesse admittitur sine mandato, quia si principaliter fauore coniunctorũ id peteret ueniet in alia cõsideratione quoad mãdatum de quo s̃.scripsimus, ad hæc facit l.si uero.§.hæc aũt actio. § prætor ait.ff. de his qui deie uel effu. & ad id quod dixi ex cã damni amicorum meorũ debilioré quoq; fieri causam meam uidẽda sunt notata per Affl. decis.307. Cur.de feud.fo.35. Alc.in l.Modestinus.ff.de uer.sig.cons. crim.78.Petrum a Plaza in epit.delict.lib. 1.c.7.

4 ¶ †Inter prędictos tñ non numerarem bannitos, & excommunicatos,ut pro his cautio peti possit(sicut nec hi admittentur ad petendum nisi graue scandalum imminere iudici videretur)qm̃ excõicati ext. ecclesiã sunt c.significasti.ex. de diuortiis.Item bãnitus dr̃ extra ciuitatem. l.quidam.ff. de pœnis.Item bannitus amittit ius agnationis.l.postliminium.§.filius.ff.de captiuis Bar.in l.si adulterium.§.liberto.ff.de adulteriis in l.eos.ff.de receptat.Alex.cõs.75.col. 3.li.1.Tiraq.de retra.§.2.gl.9.nu.29.& ibi an bannitus ęq. paretur deportato,& an perdat solum iura ciuilia municipalia Doct.in l.1.C.de hæ.insti.Cor.cons.55. li.2.Ias.cõs. 166.li.2.cons.144.li. 1.Ripa.in l.fi.q.23.C.de reuoc.don. excommunicatus uerò a mensa,consuetudine, & foro tam seculari,quàm ecclesiastico repellitur, Tiraq.de retrac.§. 1.gl.9.nu.271. ¶Hinc etiam excipiendi sunt ij, qui in utero sunt, quia licet quoad fauorem suũ pro iam natis essent habendi; tñ adhuc homines non sunt & principaliter tractat̃ de utilitate petentis,Et dicere solemus attendit̃ id, ꝙ principaliter agitur.l.si quis nec causam,cum si. ibi no.ff.si cer.pet.de æquitate tamen saltem ipsorum fauore si iudici propter causam uideatur, & pro his cautio huiusmodi non malè forsitan esset recipienda,quia pro iam natis habétur in sui fauorem.l.qui in utero.ff.de stat.ho. Et hæc uñr uera post tempus quo anima in puerum imittitur quòd prius non sit hic subnecterem excipiendos esse consanguineos consanguineorum,socios sociorum,complices complicum & huiusmodi quia licet ad meos pertineant tamen mei nõ sunt,iuxta illud socij mei socius meus socius nõ est reg.cõ filij.

filii.§.fi.ff.de reg.iu.ubi Dec.& Cagn.Fel. in c. quæ in ecclesiarum.col.24.de const.Bar.in l. Claudius.ff.qui potior in pign.habean.Alcia.in l.Modestinus.de uer.sig. Cur. de

5 feu.fo.35.Affl.decis.307.Soz.iu. conf.134.li.3. ¶†Complices autem dicuntur ij, qui socij sunt ad malum non ad bonum Io.And.in c.cum oporteat,de accu.& ibi Anan.col. 3.Paris.cons.168. col.fi.li.4.& ibi qui familiares, qui domestici,ad hæc gl.in §.sed neq;,insti.de testa.Fely.in c.literis,de testib.Soz.iu.cons.135.li.2.Bal.in l.1. C.si rect.prouinc.Fely.in c.cum olim.ex.de accusatio. Iacob.à S. Georgio in uerbo adhærentes.& quomodo quis probetur curialis,uel familiaris principis, & quòd non sufficit q; habeat literas q; est familiaris nisi seruiat Affl.in const.regni de illicit.portat.arm.nu.38.Consortes dicuntur ratione dominii,ut proximus per lineam sanguinis Bal. in l. dudum in fi.C.de contr.empt.sunt tamen q dicunt ex cõi usu loquẽdi consortes dici illos, qui sunt de eadem parentela ultra quartum gradum,ut per Fely.in d.rub.de treug.& pac.nu. 19.consortes quoq; dicuntur de eadem lite, sequaces dicuntur ij,qui opibus consilio affectatione, officio ve sequũtur Ang.cõs.253.inter capitula. col.antep. Ancha.in repe. c.1.fol.47.uer.uidi dubitari.ex. de consti.& adhærentes ij dñr qui assistunt consiliis,& factis sec.no.per. Bar. & alios in l.1.C.de epis.& cle. subditi tamen non dicuntnr adhærẽ

6 tes secundũ Fel.in d.rub.de treug.& pac.col.pe.& de†complicibus,de sociis,de adhærentibus, de fautoribus, de instructoribus,uide Carrer.in pract.§.homicidium.nu.14.& seq.& qui sit principalis, qui sit accessorius alleg. ad ar. in l.2.ff.de ui bon.rapt.& de significatione proximi & quatenus à consorte differat Alcia.de uer.sig. in l.proximi, & qui dicatur Caporalis Alex.cons.103. col.6.li.1.qui sint proximi, qui cognati,qui necessarii,qui propinqui, qui affines,qui gentiles,qui de linea & huiusmodi latè Tiraq.de retra §.1.in gl.consanguineos,p totam, & qui sint pertinẽtes,& qui attinentes no.per Alc.in l.uerbum pertinere.ff. de uer sig.in l.pupillus.§.fi.eo.tit. ad hæc Old. cons.154. uideretur Dec.in l.si bonorum.C.qui admitti ubi de pro-

xi.no,

ximo,& quomodo pars sua Ale. in l. si finita. §. si de uectigalibus. nu. 24. ff. de dam. infe. & qui sint collaterales Affl. in const. regni humanitate nu. 34. & familia intelligi uidetur de pluribus personis subiectis alicui patrifamilias in materia & secundum comm. usum loquendi iuxta. l. pronunciatio. §. familię. ff. de uer. sig. etiam non ueniet frater non cohabitans, licet cohabitans. ¶ Et hæc notanda sunt in materia conuenticulæ, de qua hodie grauissimæ pœnæ imponuntur tã principalibus, q̃ sequacibus; licet enim † conuenticu-
7 la non sit nisi homines congregentur ad malum finem ét si cum armis faciant congregationem & consultò, & præcedẽte tractatu necesse est ꝙ congregentur homines, & non sufficit ꝙ congregentur ad defensam uel ad recuperãdam possessionem, licet cum effectu recuperauerint quando agitur iuxt. l. 3. §. cum igitur. ff. de ui, & ui arma. & not. in l. 1. C. und. ui. & in dubio nõ sit cõuenticula, & de iure dicere possimus non nisi ex decem hominibus cõuenticulam fieri & supra esse arbitrarium arg. no. ꝑ Bar. in l. ait. ff. ui bon. rap. in l. 1. ff. de abigeis, & multa ad hoc ut sit conuenticula requiruntur, ut per Bal. cons. 319. li. 2. Ias. cons. 20. pro libertate cons. 86. in causa. li. 3. Fel. in c. exhibita. col. 3. ex. de iudic. Alex. cons. 224. li. 2. Paris. cons. 171. lib. 4. Corn. consi. 199. li. 3. Corn. cons. 216. li. eo. Mars. in pract. §. constante nu. 41. Aymo cons. 4. cons. 28. nu. 10. in quo illud notandũ est ꝙ licet congregare gentes ad repellendam uim, quæ sibi fieri posset, ut per Bar. in l prohibitum, in 3. notando C. de iure fisci. lib. 10. tamen si quidem sit conuenticula q sint adhærẽtes, quiq; sequaces ex prædictis uidebitur & aliud uix feudi à iure adhęrenti Soz. cons. 28. lib. 3. ¶ Ex hoc ꝙ alius coniunctus pro alio coniuncto petit cautionem constat ꝙ hoc ius mandari potest exerceri per nuntium, uel ꝓcuratorem & cedi quòd uerum erit quoad pœnam exigendã, qm̃ se offendi merè ꝑsonam respicit, ut ex eo mandari uel cedi non possit, ut per Tiraq. in tract. de retract. §. 26. gl. 1. nu. 40. ubi latissimè q casus cedi possint. ex quibus ẽt notari posse puto, ꝙ ius pœnæ exigendæ est transmissibile ad hæredes, quia q̃dquid est cessibile est transmissibile, &
contrà

contrà l.ex pluribus ubi Doct ff.de adm.tut. Dec. cōs.443. col.fin.cons.614.col.2.Tiraq.ubi s. an autem hæredes ueniant in hac cautione alias dixi. Ex prædictis quoq; patet, quod in hoc casu alii quis pacisci potest quasi de re sua, uel si notarius non stipuletur, ut per Alex.cons.72. lib.2. Deci in reg.quo tutela.§.fin.ff.de reg. iu. & ibi an paciscens alii reuocare possit prius quàm ratificetur.

¶Dubitari tamen potest usq; ad quem gradum id, quod diximus de consanguineis affinibus, cognatis, uel aliter attinétibus intelligi possit, uel debeat? Equidē ab initio ante delictū, ut scādalis obuiā iretur interpretarer hoc usq; ad decimū gradū, uel in infinitū.iuxt.glo.in l.lege Cornelia. ff.ad leg.Corn.de iniuriis, cæterum in materia restringibili quando agitur de pœna ex facto imponéda, ut si offensus sit ultra decimū gradum, aut ultra quartum secundum aliā opinionem data sola cautione de non offendendis consan-
8 guineis secus erit, †consanguineorum enim uel proximorum, uel agnatorum appellatione ij tantū continétur, qui sunt successibiles. Dec.cons.321. Alciat. in l.pronunciatio. in uerb.neptes. ff.de uerb.signif. in materia retractus Cæpol.cōs.ciuil 43.& de materia latissimè.alleg.Tiraq.de retrac.§.1. gl.9.nu.16.infinitas enim est euitāda.l.si qs.§. fi. ff.de peric.& cōm rei uédi. Doctores.in l.qui bona.§.fi.ff. de dam.infec.& an dispositio hęc extédatur ex uerbis in ꝑpetuum, semper, & huiusmodi remitto me ad not. per Tiraqu.de retra.§.1.glos.2.& ita quæ de consanguineis diximus intelligātur tam actiuè, quàm passiuè, & nota quia sæpe contingit quòd ij qui sunt de eadem domo siue casa, licet in gradu nō sint tamen timeri possit ne iniuriā prosequātur unde & circa eos caueri poterit secundū prædicta.

SVMMARIVM.

1 Ille qui petijt se non offendi, neque consanguineos suos, an teneatur promittere aduersarium non offendere neque per se, neque per consanguineos suos? et pro quibus teneatur cauere, uide ibi per 6. capita.

Aequum

Aequum non est ut alius pro alio teneatur, ut nec filius pro patre, & econtra.

Promittens factum alienum non obligatur.

Vniuersitas non solum pro uniuersitate, sed & pro subditis, & particularibus suis tenetur dare cautionem de nō offendendo.

2 *Bona fides non patitur, ut quis teneatur de facto inimicorum suorum.*

3 *Fideiussio facta de non offendendo, ex una causa, nō frangitur, quoties ex alia causa etiam antiqua quis offendatur, siue sit causa principalis promittentis, siue alterius, nisi indistinctè, non offendi promissum fuerit.*

Qualibet dispositio intelligitur rebus sic stantibus.

Lex adaptatur ad ea, quæ frequentius accidunt.

Plura sunt negotia, quàm uocabula.

4 *Filius, tenetur pro patre carcerato, si non inuenit fideiussorem.*

Non curamus de modo, quando habemus effectum.

5 *Afflictio, non debet addi afflicto.*

Quomodo quis teneatur promittere non offendi per cōsanguineos, & cōiunctos suos. Ca.VIII.

1 QVAERO † diximus supra aliquē petere posse non offendi: se neque cōsanguineos suos, an cōtra ꝓmittere teneat̃ non offendi per se cōsanguineos suos, & supradictos? videtur ꝙ nón; quia æquū non est ut alius pro alio teneatur, ut nec filius pro patre & contra, ut in rubric. & tot. tit. C. ne fili. pro patr. Item quia qui promittit non offendi per consanguineos suos uidetur promittere factū alienum, cuius promissio regulariter nó ualet iuxt. not. in l. si stipulatio illa. §. 1. ff. de uerb. obliga. Paris. cons. 116. nu. 14. li. 2. cons. 110. nu. 19. li. 1. & infra dicā. ¶ Contra tamen putauit Gulielm. Cun. per l. 1. & l. qui in sulam. ff. locat. quem sequitur Bar. licet distinguens in d. §. ne potétiores. col. 1. Felyn. in d. rub. de treug. & pac. nu. 18. Franc. Rip. æquè distinguens in rub. ff. de dam. infe. nu. 14. & dicebat Bal. in l. 1. in fi. C. de episcop. & cleri. quòd non uidetur uelle cauere ille, qui nó uult ꝓmittere nō offendi

per

per se,& consanguineos suos cõplices & sequaces. Ad hæc no.per Ang.de maleficiis in uerb.iniuriosa.Paris.cõs.168. col.1.li.4.ex his uniuersitas non solum ut uniuersitas, sed & pro subditis,& particularibus suis tenetur dare cautionẽ hanc de non offendendo,idem dicendum est pro suis subditis, si q̃dem iudici uideatur. ¶Hoc tñ declara,ut procedat quotiescunq; sui sunt sibi amici, & nõ inimici, secus enim
2 esset si ij sint inimici,quoniam† bonafides nõ patitur ut q̃s de facto inimicorum suorum teneatur.l.si merces.§.culpæ ff.de dam.infec.idq́; probat Bar.in d.§.ne potentiores.nu. 5.ubi uoluit quòd in hac fideiussione nõ comprehendatur is,qui aliàs fuisset inimicus,uel ex alia causa fiet inimicus
3 petenti hanc cautionem. Vnde notandum est q†fideiussio de non offendendo facta ex una cã non frangitur quoties ex alia causa offendatur etiã antiqua siue principalis promittentis cã sit,siue alterius,nisi indistinctè nõ offendi promissum fuerit ut s.quoq; tetigimus,& facit: quia quælibet dispositio intelligitur prout de iure. l.si duo.ff. de acq.hæ. Alc.3.reg.præsump.32.Soz.iu.cons.104.li.1. Aymo cons. 180.col.fi.cons.156.col.3.cum si. ¶Secundò declara.ut is non teneatur dare cautionem pro ijs,siue amicis,siue coniunctis,siue complicibus,seu quo quomodo aliter attinentibus,quibus iubere,imperare ve nõ potest; quia extra hos casus dominus non tenetur pro delicto familiæ Bar.in l.1. §.familię ff.de publica.Panorm.in c.constitutus.ex.de testibus Curt. Senior cons.41. super processu scribit Franc. Rip.in d.rub.de dam.infe.col.pe.faciunt no.per Decium, & Cagnol.in reg.culpa caret.ff.de reg.iu.& in reg.nullum crimen eo.tit.& ibi quòd præsumptio est contra tenentes istos trucidatores malæ conditionis,& famæ,eosdemq́; domi alentes. qua rõne quis non tenebitur cauere pro cõiunctis sibi inimicis uel maleuolis,sed hęc sunt probanda; qm̃ aliàs daretur occasio calumniandi,& tetigi superius.qua ratione si timetur ab ijs non ex causa mea, sed ex causa eorũ utique non ego sed ipsi pro se caueant. ¶Tertiò declaratur,ut is non teneat̃ pro ijs,cauere,q̃ desierint sibi esse coniũcti ut supra,quinimmo & si cauisset & ij desiissent cauẽti

esse coniuncti utiq; pro his contrauenientibus non tenere tur; quia quælibet dispositio intelligitur semper rebus sic stãtibus. l.fi.ff.qui satis.cog. Dec.cons.335. Alex.cons.28. col.fi.li.1.Soz.iu.cons.101.col.2.li.3.cum si.unde infertur ꝙ quis fideiubere, siue cauere de non offendendo pro bannito, siue excõicato non tenetur. Item nec pro sibi coniunctis se potẽtioribus ut nec pro affinibus, quorum finita est affinitas ut prædiximus licet adhuc aliquæ reliquiæ uideãtur remanere iuxta l.fi.ff.und.liber. de quibus non vr̃ considerandũ quasi præpolleat aliud iux.l.quæritur.ff.de stat. hom.& Bar.in l.2.§.affinitas.de postul. & not.in c.cum haberet.ex.de consan & affin. Non ignoro tñ dubitari posse ad quosdam ne trahatur hæc fideiussio cautiovẽ de non offendendo, quos uerisimile non sit contrauenturos ut literatores pueros, fœminas, senes cęterosq; imbecillioris naturæ, ut in simili dicimus quòd lex aptatur ad ea, quæ frequenter contingunt. l.nam ad ea.ff.de legib. ipse tñ hos nõ exciperem ex hoc tm̃; quia si ipsi non cõtraueniunt officio suo funguntur, sin aũt contraueniant naturæ suę aduersantur. Quare melius dicendum, contrariorum eadem est disciplina iuxta latissimè notata in Rub.ff.de acq.posses.

¶ Quartò decl ut quis non teneatur cauere de non offendendo pro iis consanguineis, qui pro consanguineis nõ reputantur; non enim ur̃ quòd cautio hæc referẽda sit ad nõ apparentes, ut in simili dicimus per l. Rutilia Polla. ff.de cõtrah.emp. qua ratione in generali ista ꝓmissione hmõi non comprehendentur, qua rõne nec pro futuris quis cogẽdus erit cauere & futuri in gñali hac promissione nõ ueniunt; quia de pñti quoque uerba intelliguntur. l. si ita.ff. de au.& arg.leg. Alex.cons.42.li.1.cons.166.li.2.cum allegatis per Tiraq.de retrac.§.14.gl.2.nu.17. in his tñ reseruarem officium iudicis; quia plura sunt negocia, quã uocabula.l.4.de prę scrip.uerb.faciũt quæ notat Alex. cons.74. li.5.Dec.cons.697.uerum si in plena forma uerbisque prę gnantibus cautio ita concepta esset, ut ad incogitatos & futuros traheretur, cur nõ ita esset facienda interpretatio ut & hi comprehenderentur? arg.not.in l. si quis.§.quæsitum.

ff.si

ff.si quis caut. Alex. conf.103.col.fi. li.3.conf.3. li.1.conf. 84.li.6.conf.27.li.1. Deci.conf.552. conf.698. confi.525.
4 Aym. conf.91.col.1.conf.284.cum fi.Nota quòd † si pater reperiatur carceratus quia non inuenit fideiussorem filius tenet pro eo uide Boer. dec.128. ¶Sed q. iuxta pdicta Titius timet à Męuio,uerum Męuius aut nihil habet in bonis aut si habet Titius magis eum imitare non uult, sed q̃rit sibi caueri à Seio consanguineo Męuii non offendi per se,& consanguineos suos utrum Titius hoc cósequi possit, ut iudex compellat Seium ad hãc cautionem? vř ꝙ sic; qa non curamus de modo quando habemus effectum. l.ꝙ constitutum.ff.ad munic.& eadem ratione, qua mouetur hoc iudicis officium in cautione ordinaria in casu nostro moueri posset,utilitasq; reipublicæ in hoc casu quoque considerari potest,nec est dubitãdum de officio iudicis amplo in materia cum ét parte non citata ad hoc iudex procedere possit ut per Petrum in epi.deli.li.1.c.7. & supradiximus. ¶Contra tamen puto; quia alius pro alio non debet obli-
5 gari & † nó debet afflictio addi afflicto, quia sibi satis est ꝙ pro se teneatur fideiussorem dare.materia enim hæc quòd alius pro alio obligetur strictè est interpretanda contra ius naturale enim uidetur,ut nec pater pro filio teneatur iux. rub.C.ne filius pro patre.cum præsertim filius ipse principaliter obligari possit.l.filiusfamiliàs.ff.de act.& obli.Planè si à Seio Męuii occasione timeatur Seius cogi poterit ad ita cauendum; quia causa timoris contra eum subest,& hoc est fundamétum huius cautionis ut prędiximus. Item ex istis concluditur an pater pro filio, uel filio spurio, ꝙ non offendet promittere teneatur,& sic de huiusmodi.

SVMMARIVM.

1 *Titius,dedit cautionem de non offendendo,inimicum suum, tamen eum offendit extra territorium iudicis, coram quo data fuit cautio,utrum stipulatio commissa fuerit? & Titius teneatur ad pœnam? post multa concludit,quòd sic.*
Ius dicenti,extra territorium impunè,non paretur.
Contra delinquentem extra territorium, an de iure communi.
procedi

procedi possit?

2 *Consanguinei extra territorium constituti, hac cautione, comprehenduntur.*

3 *Qui promittit non offendere, loquitur generaliter, non se astringens magis ad unum locum, quàm ad alium.*

4 *Obligatio de non offendendo, respicit personam, & eam sequitur quocunque uadat, sicut actio.*

Forum contrahimus ratione contractus, ratione originis, & ratione delicti.

5 *Iudex originis potest punire delinquentem extra territorium; licet ad id teneatur, secundum statuta loci, delicti.*

Consuetudo in hac materia, ut in cæteris, quòd multum polleat.

6 *Iudex secundum eius arbitrium et uoluntatem, potest præfigere tempus huic cautioni duraturæ.*

7 *Iudex potest usque ad decem annos hoc tempus extendere.*

8 *Arbitrium iudicis in præfigendo tẽpore huic cautioni debet regulari, ex tẽpore durantis inimicitiæ, & ex eo, quòd curandum est ne quotidie debeat fieri renouatio huius securitatis.*

9 *Cautio, siue securitas de non offendendo, pace interueniente aboleri, & tolli debet, & inuito superiore; quia cessante causa, cessat effectus, quòd intellige ut in nu. 11.*

Pace inter partes secuta, præsumitur, quòd cesset timor scãdali.

10 *Iudex non cessante timore scandali, põt iubere hmõi cautiones non tolli; quia partium conuentio non debet officere Reip.*

Pax quomodo probetur, & si partes promiserint alicui mediatori, an illa dicatur pax.

11 *Cassatio cautionis propter pacem, debet fieri cum decreto, & authoritate iudicis parte tamen petente.*

Iudex, non petenti non impartitur officium suum.

12 *Pax operatur, ut quis præsumatur offensus ex noua non ex antiqua causa; quia pace uidentur remissæ causæ antiquæ.*

Pace facta cum aliquibus ex inimicis, nõn cum omnibus cautio debet cassari pro rata, & ita pro coniunctis.

Sublato principali, tollitur accessorium.

13 *Iudex agens pro interesse Reip. & ne detur occasio delinquẽdi, potest prouidere ne tollatur hæc cautio, licet utraque pars contentetur quòd tollatur. nolit tamen facere pacem, asserens*

non timere offendi.

Pro interesse Reip.etiam priuatus agere potest,alio inuito.

Iudex potest cogere, ut caueatur non offendi,etiam inuitum & ratio ibi.

14 *Pace secuta inter partes,si altera pars uoluerit cautionem tolli altera uerò recusauerit,recusans audiri debet,ut ibi.*

15 *Iudex,si pro altera parte,sustulit cautionem,pro altera quoque, uidetur sublata, saltem ope exceptionis, nisi subsit causa iusti timoris,uel alia iusta causa.*

16 *Cautio de non offendẽdo,per quantum tempus detur?ibi uariè.*

Promissio de facienda pace,non inducit reconciliationem.

17 *Dies termini,an computetur in termino? & quot dierum dicatur mensis.ibi remissiuè.*

18 *Cautio noua si detur,uel confirmetur,durante adhuc primo tẽpore,uidetur esse prorogatio,& eadem cum prima.*

Statutum, uel consuetudo, quòd aliquid soluatur pro secunda, uel noua cautione,non habet locum quando fit prorogatio.

Officium iudicis si prorogetur,an danda sit noua cautio?

19 *Iudex finito tempore cautionis,uel ad instantiam partis, uel ex officio suo si timebit de scandalo poterit cogere partes ad nouam cautionem.*

Primus fideiussor,non potest iterum cogi ad fideiubendum.

20 *Iudex finito officio,& tempore primæ cautionis,nisi subsit causa permanentis timoris, iniuste coget partes ad nouam cautionem, grauatur enim pars datione huius cautionis.*

21 *Finito tempore securitatis,si adhuc timetur de scandalo, et partes nolunt prorogare cautionem,quid agere debeat iudex.*

22 *Cautio de non offendendo usque ad quòd tempus duret, si nullum tempus, in ea adiectum fuerit, sed simpliciter promissum sit non offendere.*

Facta non præsumuntur nisi probentur.

Vbi opus est facto,uerba non sufficiunt.

23 *Tempus, quando est incertum, in dubio, iudicantur perpetuum.*

24 *Fideiussio hæc an finiatur per se,spatio 20.uel 30.ann.*

25 *Tẽpus quòd de cõsuetudine deberet apponi in huiusmodi cautionibus,si nõ fuerit appositũ, ex consuetudine repetitũ uidetur.*

Cautio

Cautio hæc an obſeruanda extra territorium, item quanto tempore præſtringatur. Cap. IX.

1 TITIVS †de quo,uel de cuius conſanguineis time bam dedit mihi cautionem de non offendendo offendit tandem me,ſed extra territoriũ iuriſdi centis corã quo data eſt cautio de non offenden do utrum ſtipulato commiſſa fuerit?uidetur,quòd non,qa impunè extra territorium ius dicenti non paretur. l.fin.ff. de iuriſd.omn.iud.l.cũ unus.§.ſi.ff. de bon. author. iudic. poſſ.& ĩ ſubdito delinquẽte extra territoriũ Corn.cõſ.89. col.3.li.3.Abb.in c.à nobis.col.pen.de ſent.excomm. latè
2 ſcribit Pariſ.conſ.159.col.1.li.4.& ibi †an de iure cõmuni cõtra delinquẽtẽ extra territoriũ ꝓcedi poſſit. Contra ta-mẽ tenuit Guliel.Cun.& Bar.in d.§.ne potẽtiores. col. 2. ubi Alber.ĩ 3.col.Ang. cõſ.313. magnifici Domini Anciani.Iaſ.in l.fi.in 6.fall.ff.de iuriſd.omn.iud. Doct. in l.qui bona.§.ſi quis poſt.ff.de damn. infec.in l.capitalium.§. ad ſtatuas. ff.de pœnis.ex quibus & illud dici poteſt ꝙ & con ſanguinei extra territorũ cõſtitui hac cautione comprehẽdantur,ꝙ ad bannitos in alieno territorio uidetur amplia ri poſſe ex ſcriptis per Cæphalũ cõſ.34.col.4. ubi quoque tractat de bannito ſupportato in ciuitate,& eſt ratio ſecun
3 dũ Bar.in d.§.ne potentiores,quia†ille, qui promittit nõ offendere loquitur generaliter non ſe aſtringẽs ad unũ ma
4 gis,quàm ad aliũ locũ,& quia†hæc obligatio reſpicit perſonã unde eã ſequitur quouis illa uadat ſicut actio.l.fi. C. de præſcript.long.temp.& cõtrahimus forũ ratione cõtractus,ratione originis, ratione delicti iuxta not.in l. hæres abſens.ff.de iud.in l.omnẽ.ff.eo.tit. in l.3. de of.præſid. in l.1.&.2.& in aut.quà in ꝓuincia.C. ubi de crim. ag.oport.
5 & uidetur diſpoſitio iuriſgentium.Et facit quia†iudex ori ginis punire poteſt delinquentem extra territorium,licèt ad id teneatur ſecundũ ſtatuta loci delicti Ang. de malefi. in uerb.in platea. Bonifat. in tit. de inquiſit. Marſil. ſing. 576.in pract.§.conſtante. Gram.deci.267.Pariſ.conſ.159.

conſ.169.li.4.Boer.deciſ.270.Boſſius in ti.de fo.comp.in fi.& an facienda ſit remiſſio' in materia Cępoll.conſ.ciuil. 58.deci.Tholo.219.Gram.conſ.27. Dec.26.Soz. reg.417. Boer.d. deci.270. & deciſ. 29. par.1.conſuetudinem tamen in materia hac ut in cæteris multum pollere puto iux. l.ſi fundus.ff.de euict.not. per Dec. conſ.11.col.5. & 6.conſi. 48.col.1.conſ.94.col.2.conſ.195.col. 1. & alibi paſſim.

6 ¶Quæſtio† quantum temporis præfigere debet iudex huic cautioni duraturæ? com. opi. eſt q; hoc ſit arbitrarium pe nes uoluntatem & arbitrium iudicis reſidens, ut per Bar. in d.§.ne potentiores.col.2.Alex. in l. dies cautionis.ff.q; ſatiſd.cog.Ang.& Imol.in l.pe.ff.de pręt.ſtipul.ubi uoluit
7 etiam q; †iudex uſque ad decem annos tempus hoc extendere poſſit,quidquid Franc. Rip.in rub.ff. de damn.infec. quædam non multum peritè diſtinxerit,& ad hæc quędam
8 allegat Fely.in rub.de treug.& pac.nu.16.† Arbitrium autem hoc regularem ex modo duraturæ inimicitiæ,item ex eo, q; curandum eſt ne quotidie renouatio huius ſecuritatis fieri debeat,ut declarat Bar.in d.§.ne potẽtiores.col.2. & ex tempore durãtis inimicitiæ ſentit Fran.Rip.in d.rub. de dam.infe.col.fi.Decem annos tamen præfigendos ſcribit Petrus à Plaz.in epi.delict.c.7.li.1. ¶Ex quibus nota
9 ri poteſt quòd†cautio hæc ſiue ſecuritas de non offendendo pace interueniente aboleri,& tolli debet, & hoc etiam inuito ſuperiore,quia ceſſante cauſa ceſſat effectus, facta
10 enim pace præſumitur quòd ceſſet timor ſcandali q;† ſi nõ ceſſaret utique iudex poſſet iubere cautiones huiuſmodi non tolli; quia partium conuentio reipub.officere non debet.l.licitatio.§.quod illicitas.ff. de publica.Bar. in l. 1.§. uſq; adeo. ff. de iniuriis.Pax aũt probari poteſt per inſtr͂a per teſtes,per reconciliationem.§.fin.de iniuriis inſti.planè pax non erit quoties partes promittunt alicui mediatori uel ſtat ſub fide alicuius,quòd interim nihil innouabitur
11 idq; magis accedit treugæ, ut infra declarabo.Item† licet propter pacem debeat caſſari cautio de non offendendo, tamen hoc non eſt ipſo iure,ſed interueniente decreto, & authoritate ipſius iudicis; quia licet ipſo iure id fieret, tñ

requi-

requiritur adhuc declaratoria iuxta not. in c. cum secundũ de hæret. lib. 6. Iudex autem id non faciet nisi parte peten te licet de pace sciat; quia iudex non petenti non impartit officium iuxt. not. in l. 4. §. hoc autem iudicium. ff. de dam. infec. Dec. cons. 144. ad fi. cons. 146. Aymo. cons. 212. Planè si abolita non fuerit cautio stante pace cum aboleri de-
12 beret † pax uidetur hoc operari ut non ex antiqua causa of fensum uideatur, sed ex noua; quia pace uidentur remissæ causæ antiquę. §. fi. Inst. de iniuriis, & si casus eueniat quod cum quibusdam pax fiat, & cum his cessent inimicitiæ, cum quibusdam uerò minimè pro rata tolletur cautio iux. not. per l. quæ de tota. ff. de rei uendi. & ita pro coniunctis per eos, quibus cum facta est pax uidetur in consequentiã cau tio tollenda, quia sublato principali uidetur tolli accessorium reg. l. cũ principalis. ff. de reg. iu. ¶ Hic tamẽ aduertẽ-
13 dum est quòd euenire potest, ꝙ † utraque pars cõtenta sit hanc cautionem tolli, pacẽ tamen facere non uult asseritq; se non timere utrum iudex prædictam securitatem tollere teneatur? uidetur dicẽdum, quòd sic quoniã cessat causa timoris. Sed contra puto quoniam hanc cautionẽ diximus pendere ex officio iudicis, iudex autem ne detur occasio de linquendi agens pro interesse reipublicę prouidere potest ne tollatur iux. not. in l. congruit. ff. de off. præsi. Old. cõsi. 84. l. æquissimum. ff. de usufru. Alex. in l. 1. §. & post operis. ff. de ope. no. nun. Vitalin. in tit. de pac. Iul. Ferret. in tit. de feriis nu. 25. & seq. & facit qa ubi agitur de interesse reipublicæ nõ solũ iudex, sed ẽt priuatus alio inuito agere põt, ut ꝑ Dec. & Cagn. in reg. inuito. ff. de reg iu. ubi & ipse dixi ex quo dico ꝙ iudex facere põt, ut caueatur nõ offendi ẽt inuitum. facit l. non tm̃. ff. de appellat. & facit quia partes sunt suspectę ne uelint fraudare iudicẽ ut sint magis liberæ, præsertim si ratione publ. utilitatis data fuerit talis cau tio non parte instante. fac. not. per l. si forte. ff. de peculio. l. cũ qs decedens. §. Titia. de leg. 3. Guid. Pap. dec. 17. Alex. cons. 18. li. 3. Dec. cons. 202. Dec. cons. 366. Aymo. cõs. 93. cons. 175. Tiraq. in l. si unquàm. in uerbo donatione. C. de
14 reuo. dona. ¶ Vidi quandoque dubitari: quia † facta pace

una pars uult tollere securitates siue cautiones de non offendendo, altera uerò pars recusat utrũ recusans audiri debeat? puto ꝙ sic: qm̃ adhuc non cessat timor respectu istius, & stant hæc simul quòd tu mihi ex pace non sis inimicus, & si tibi detur occasio me offendendi eam non sis ꝑtermissurus. l. fi. ff. de calum. Quã ob rẽ arbitrio iudicis relinquerẽ uidendũ an subesset adhuc timor; quia plerunq; euenit ut partes faciãt pacem potius coacti à ꝑlatis ecclesiasticis, ut christianè uiuãt, uel uiuere uideant, quàm ex animo. In dubio tñ ut ꝑdixi pax tollit inimicitias & causas ueteres arg. §. fi. insti. de iniuriis. Planè si ꝑ partẽ petitum sit cautionem hãc tolli, & iudex sine causa id facere recusauerit, certè quoad partem ur̃ sublata arg. l. iure ciuili. ff. de cõd. &
15 dem. & putarem quòd † si iudex pro una parte sustulisset cautionem pro alia quoque uideatur sublata saltẽ ope exceptionis iux. not. per l. fi. ff. de acceptilat. nisi causa iusti timoris subsit quoad aliam uel alia causa iusta non tollendæ huius cautionis secundum ea, quæ supra diximus.

16 ¶ † Communis obseruantia est circa dationem harum cautionum ut dentur per totum tempus iusdicentis officij, & post per quindecim dies, uel uiginti uel alios aliter per iudicem statuendos, item ꝙ pace ostensa ꝑ unam ex partibus cautio aboletur in totũ, si aliud nõ obstat: quia cã cessat. & aduerte: quia per promissionẽ de facienda pace non inducitur reconciliatio Ang. in l. Lutius. ff. sol. mat. quia aliud est promittere uendere aliud uendere, ut latè per Tiraq. de retract. conuent. in fi. nu. 59. Et circa id quod diximus de tp̃e si dicatur per mensem postea an dies termini cõpu-
17 tetur in termino, & † quot dierum dicatur mensis. uide per Dec. & Cagn. ubi & ipse scripsi in reg. ubi lex. ff. de reg. iu. in quo illud obseruabis quòd ita hic fiet computatio quasi
18 in materia odiosa. ¶ Aduertendũ præterea est quòd † si durante eodem tp̃e si de nouo detur, aut confirmetur cautio, securitas ve ista vr̃ esse prorogatio iux. l. sed si manente. ff. de precar. & eadem cũ prima Corn. cons. 235. col. 3. lib. 2. Fely. & Dec. in c. de causis. ex. de offi. deleg. Dec. cons. 497. col. 1. & latè scribitur per Tiraq. de retract. cõuen. §. 1. gl. 7. nu. 26.

nu.26.& seq.ubi de ui prorogationis,& eiusdem requisitis unde inferri posset quòd si ex consuetudine, uel statuto ꝑ secunda, uel noua cautione de non offendendo soluatur aliquid non habeat locum in hmõi casu ubi sit prorogatio sed an pro labore eo, quod est prorogatio soluẽdum sit? vr̃ iux.not.per Doct.in l.si quis ex argentariis. §.cogentur.ff. de ed.& per Bal.in l.fi. C.eo.tit. Hæc quoque induci possunt si prorogetur officium iudicis an danda sit noua cau-
19 tio, ex ratione identitatis. ¶ † Finito autem tpe prædicto si iudex ita putauerit poterit partes cogere ad dandam nouam fideiussionem si petatur à partibus aut ex officio suo si timeatur forsitan de scãdalo; põt enim iudex ad hęc moueri ẽt parte non petente ut ꝗ.scripsi,& Petrus à Plaza tradit in epit.delict.li.1.c.7.facit: quia partes facere non possunt ut cautione non obstãte se inuicem offendere possint Ferret. in tit. de feriis nu.113. Fideiussor tñ non põt cogi ad iterum fideiubendum.l.nec emere. C.de iu.delib.cũ si.
Ratificatio, quomodo extorqueri possit.

Intimatio debet fieri nomine eius, cuius interest.

14 *Statuto caueri potest, ut alius pro alio teneatur ad pœnam pecuniariam.*

Pax, treuga, cautio non offendendi quomodo differant, in promissione non off. quomodo ratificatio. Cap. XV.

VIDIMVS quidem multa de hac cautione de non offendendo, uerum ad his perscrutati non sumus quę differentia sit inter pacem, treugam, & cautionem de
1 non offendendo. quidã ergo dicunt† pax est recessus à bello ad tempus, uel perpetuò sub amicitia & magis perpetuo, treuga est recessus à bello ad tempus durante inimicitia, securitas, seu cautio de nõ offendẽdo est assecuratio ab aliquo de quo timebatur siue amicus ille sit, siue inimicus ad tempus breue, uel longum, uel perpetuum ut iudici uidebitur.

debitur. Alij dicunt pax est uerus discordię finis treuga est pax ad tēpus. & latinè dicuntur induciæ quòd inde uti iam finito tempore pugnetur uel quasi initus. tunc fiant ut per Gellium noct. Attic. lib. 1. c. 25. & ibi quid sint induciæ ex Varrone tractatur, securitas, siue cautio de non offendendo est medium quod ex quo dictum est quòd si sine temporis præfinitione fiat cautio de non offendendo erit pax, & fractor eius puniri debet, & ita intell. Bar. in l. illicitas. §. ne potentiores. ff. de off. præsi. ubi Paul. Castr. alleg. l. 1. ff. de pactis ad hæc Soz. in cons. 242. in fi. lib. 2. & quid sit pax Bar. quoque ponit cons. 66. ad declarationem, & pax non debet esse simulata Affli. decis. pen. col. 4. & multa de bono pacis Iulius Ferret. in tit. de feriis, & ibi quid sit pax, quid treuga, quid concordia. ad hæc Ias. in l. cum proponas. nu. 5. C. de pactis in l. 1. eo. tit. in l. de fideicommisso. C. de transact. & à quibusdam pax ad tempus dicitur treuga l. postliminium. §. 1. ff. de capt. & postlim. reuers. Host. in summa de treu. & pac. Fel. ī c. 1. col. 2. ex. eo. ti. facit. l. si cōuenerit.
2 §. sed si conuenerit. ff. pro socio, & † an statutū loquēs de pace locum habeat in treuga Fely. in c. significauit, ex. de iud.
3 & an † pœna rumpentis pacem locum habeat in treuga gl. in l. conuentionum. ff. de pact. Affli. lib. 1. consti. regni cap. comes. not. 5. ad hæc Iulius Ferret. in tit. de feriis nu. 127. & ibi idem Ferret. tenet quòd cautio hæc nostra magis accedit treugæ, quàm paci, ex prædictis quoque apparet,
4 quòd † statutum loquens de treuga, paceve non habet locum in hac cautione nostra. Idem in saluaguardia siue protectione, siue saluoconductu, hæc enim pertinent ad cautionem securitatemve de non offendendo, suntq; illius species, si rectè consideretur ut etiam dicere possumus quando plures stant sub fide alicuius. In eādem sententiā quoq; uidetur stare Benint. decis. 65. in decisione nu. 15. ubi putat differre prædicta ꝗ pax sit finis discordiæ & perpetua ac inuiolabilis concordia fitque per osculum & per potum Bal. in rub. de pact. & Bar. in l. 1. ff. de pact. treuga uerò & securitas præstita ad tempus personis & rebus quem non ut tunc medium quid sit inter pacem, & treugam cautio uerò

de non

de non offendẽdo est securitas ex officio iudicis data ut oc currratur scandalis quod fieri potest & cum pace, & treuga
5 & simi. ¶ Quęro † aliquis stipulatus est non offendi se & cõsanguineos suos antequã ab uno ex consanguineis ratificatum fuerit idem, qui non ratificauit offensus fuit, uel à promittente, uel ab iis, de quibus promittitur an fracta sit cautio de non offendendo? uidetur ꝙ sic: qm̃ hodie communis opinio & recepta est ꝙ per notarium aliamve personam alteri stipulantem acquiritur iis, quorum interest. l. 2. ff. rem pupil. saluã fore Old. cons. 30. factum tale. not. in l. nõ aliter. ff. de adopt. Corn. consil. 50. col. 3. li. 1. Bal cons. 238. licet lib. 5. Dec. cons. 407. uisis. nu. 12. & seq. cons. 586. col. 3. ubi dicit hanc esse comm. opi. Idem in l. Quintus. §. nec paciscendo. ff. de reg. iu. Alex. cons. 31. col. 4. lib. 2. Rom. cons. 513. cum si. quę cumul poss. & certè si expectetur ratificatio nõ committetur stipulatio, qm̃ homines aliis negotiis distẽti aut nolunt, aut nõ possunt ratificare hmõi negotia.
6 ¶ † Contra tñ quòd si facta sit pax pro se & consanguineis non prius consanguineis prosit ut contineantur in cautione non offendi, quàm per eos id ratificatum fuerit scribit Dyn. in l. si uxor §. si quis uxorẽ. ff. de iniuriis. Cy. in l. fi. in 1. q. C. ad Macedo. Bar. & Bal. in d. §. si quis uxorẽ. Bal. in l. fi. C. ad Macedo. Ang. cons. 73. Castr. cons. 171. lib. 2. cons. 195. lib. 1. Abb. in c. accedens. col. fi. de præb. Rot. decis. 150. Com. cons. 40. per tot. li. 2. Bal. in l. nec. §. satis acceptio. ff. de adoptio. Soz. in l. 1. §. si iusserim. in fi. ff. de acq. poss. Dec. cons. 226. col. pen. cons. 464. & in treuga. Dec. cõsil. 431. col. fi. & in pace in l. contractus, col. 4. nu. 13. & 17. ff. de reg. iu. in reg. semper qui non prohibet. nu. 12. in l. Quintus. § nec paciscendo. de reg. iu. Goza. cons. 31. nu. 9. Marsi. sing 337. sequutis Soz. iu. cons. 103. lib. 3. Alexandri. cons. 132. præsupponitur. Gozad. cons. 14 col. 2. Cur. iu. cons. 52. col. 4. nu. 12. Paris. cons. 12. col. 14. nu. 110. lib. 2. cons. 12. nu. 17. lib. 4. cons. 77. lib. 1. non. n. ante alicui q̃ritur ex alterius stipulatione quàm ratificatio sequatur; qđ & in pia causa procedit sec. Alber. in l. illud. col. 2. C. de sacros. eccle. Bertran. cons. 116. nu. 15. lib. 2. Bar. in l. si indebitum.

bitum §.si procurator.ff.rem rat.haberi. Parif.conf.77.li. 1.quia aliàs quis inuitus (ut dicebam) obligaretur ad anti dora.iux.not.in l.sed & si lege. §.consuluit.de peti. hæred. & per Iaf.in l.ex hoc iure.ff.de iusti.& iu.faciunt quæ not. per l.à Titio.ff.de furtis. & hoc adeò uerum est ut re integra facienda sit ratificatio, namq; re non integra non operatur, ut scribitur in l. bonorũ.ff.rem rat.hab. ut infra dicã. ¶Quæ aũt supra in contrarium allegabantur procedunt se cuta ratificatione,& ĩ reliquis præsuppositis terminis habi
7 libus quinimo † absenti hac cautione non quæri nisi organo medio hoc est nuncio, uel procuratore, uel notario, uel negotium gestore in foro fori, licet secus sit in foro poli sunt qui putent, ut per Iuliũ Ferret.in tit.de feriis.nu.106. & faciunt quæ scribit Bal.in l.2.ff.de pact. & in rub. C.de
8 constit.pecu.¶ † Ratificatio aũt re & uerbis,& tacitè, seu tacito consensu fieri põt.l.Paulus. ff. rem rat. haberi, cum si. de quibus per Dec.& Cagn. in reg. non uult hæres esse. ff. de reg.iu. Dec.conf.206.col.fi. conf.232. col.2. conf.203. col.4.confi.367.conf.407.in fi.conf.452. col.fi. conf.486. col.fi. Aymo.conf.6.nu.29. conf. 101. conf.203. nu. 24. & qđ si ex consanguineis aliquis sciuerit & non contradixerit ꝑsumatur ratificasse,& inter coniunctas personas. Corneus conf.248.lib.4.¶Ex his ita consideratis inferri potest
9 quòd † infantes impuberesq́ue non comprehendantur præsertim si minores sint decennio; quia non intelligunt quid agãt iux.l.1.C.de fals.mone.& no.in l.pupillus. ff.de reg. iu.cum si. pro his tñ tutores uel curatores ratificare posse dicendũ esset. De negotiorum autem gestore dubitandũ esset; quia & in eo requiritur ratificatio. Illudq́; quod dicimus pacis fauore quod & in hac cautione forsitan accipi posset unum alteri stipulari posse uel pacisci, præsertim in sacerdote cui quis cõfitetur peccata sua, ut per Alex.conf. 131.col.4.li.4.Iuli.Ferre. in tit.de feriis, nu.48. intelligitur dummodo ratificatio sequatur secũdum ea, quæ s̃. latè allegata sunt, sed iterum considerari põt, ꝙ id quod de ratificatione diximus uerũ sit quoad utilitatem ratificantis si qua illius sit, sed quoad ipsum stipulantẽ alia non requiratur

tur ratificatio, quia illius intereſt illum nō offendi, uel uo lenter ne deterior fiat cauſa ſua. ¶Ex his quoque deciditur
10 qō illa de pace, ꝙ † ſtante caução de non offendendo ab
anno, duobusve de comprehenſis in ea facta eſt pax et pro aliis pax huiuſmodi non prodeſt iis, qui non ratificarūt, & quoad pacem, & ꝙ ad cautionem de non offendendo. ¶Pla
11 nè † ſi pro conſanguineis facta eſt pax, uel accepta cautio de non offendendo, uel ſi ratificatio non interuenerit: tamen in præiudicium eorundem nō poteſt pax, uel cautio remitti qñ interuenit notarii ſtipulatio, ut ī pacto facto inter do natorem, & donatarium Doct. in l. qui Romæ. §. Flauius. ff. de uer. obli. Are. conſ. 74. Cor. conſ. 68. li. 3. Dec conſi. 58. conſ. 107. col. fi. & latiſſimè in pulchro caſu ſcribit Cagn. in reg. id quod noſtrum. nu. 12. ff. de reg. iu. & ex ibi dictis notari ꝑt quid in ſtipulatore, tutore, curatore, & huiuſmo di de quibus quoq;, & per Iaſ. in l. fi. ff. de pactis. Alex. cōſ. 207. li. 3. Dec. conſ. 400. col. fi. Soz. iu. conſ. 144. col. 2. li. 1. conſ. 134. col. 1. li. 3. ¶Aduertendum quoq; præterea eſt,
12 ꝙ † in hac & in alii materiis non ſufficit ſimplex ratificatio ut ſ. etiā tetigi, ſed requiritur ꝙ ratificetur reintegra, alioqui ratificatio non prodeſt & non trahitur retro in præiudicium tertii, ut in l. bonorum. ff. rem ra. haber. Alex. conſ. 101. col. 1. lib. 2. Dec. conſ. 247. col. 4. conſ. 460. in fi. Alex. conſ. 110. col. pe. li. 1. Dec. conſ. 220. col. 2. & intra tempus, quo actus per ratificantem fieri debuit ratificandum eſſe Alex. conſ. 135. li. 2. cōſ. 68. li. 5. Guid. Pap. deciſ. 436. Cor. conſ. 110. li. 2. Iaſ. in l. ſi is qui. nu. 138. ff. de uſucapio. Tiraq. de retract. §. 1. gl. 10. nu. 85. in conſt. poſſeſ. par. 3. limi. 30. Decius in reg. ſemper qui. de reg. iu. Pariſ. conſ. 144. lib. 4. Soz. iu. conſ. 77. nu. 116. li. 1. Dec. in reg. contractus. nu. 14. de reg. iu. & ius ratificandi non tranſit ad hęredem in dona tione Caſtr. conſ. 195. Alci. lib. 3. c. 5. parerg. qua ratione nec ius reuocandi trāſibit ad hæredes facit l. fi. C. de reuo.
13 dona. ¶Et notandum eſt præterea ꝙ † ubicunque ratificetur, uel approbetur ſtipulatio notarij alteri facta intelligitur ratificari, & ita debet ratificari cum omnibus qualitatibus, ut latè per Tiraq. de retra. conuent. §. fi. nu. 7. & ſi ita

ratificatum fuerit ratificans tenebitur mandati si contraue nerit: Hæc autem ratificatio ita extorqueri potest ut quidā putant hoc est quòd cautio intimetur & notificetur comprehensis in stipulatione non offendi, qui si testato non cō tradixerint promissioni, siue intimationi uidentur ratificare; arg. not. per l. si filius. ff. ad Maced. Abb. in cap. pe. nu. 7. de procur. Alex. cōs. 78. col. 1. li. 1. Dec. cons. 632. col. 1. Aymo cons. 81. Mathes. sing. 22. Cæp. caut. 24. Mars. in pract. §. diligenter. nu. 137. Rip. in c. cum M. nu. 132. ex. de const. & licet intimatio fieri possit à quouis secundū alleg. per tiraqu. de retra. §. 36. gloss. 2. tamen eius nomine cuius interest fieri debet & consanguineis intimari sec. Bal. in l. 1. mādat. Paul. in l. qui autē. ff. rē rat. habe. Dec. in c. cū M. ex de const. & in cap. 2. col. 4. ex. de fid. instru. ¶ Ex parte tamen promittentis non offendi quoad stipulatorem non requiritur per cōsanguineos promittentis ratificari, quia promisit de facto alieno nisi quatenus promissio huiusmodi ut de facto alieno non ualeret iuta not. in l. stipulatio ista. §. 1. ff. de uerb. obl. & per Dec. in l. fi. ff. si cer. pet. cum si. ¶ Licet autem ex promissione non offendi per coniunctos coniuncti non obligentur nisi ratificatione secuta, tamen statuto fieri posset quò d hi consanguinei tenerentur usq; ad certum gradum ut quartum idem ex consuetudine, quia
14 † statuto fieri potest, ut alius ꝑ alio teneatur ad pœnā pecuniariam, ut per Deci. in c. 2. ex. de constit. in reg. nō debet. ff. de reg. iu. Fely. in c. ius generale. 1. distinct. Ias. i l. si quis in suo. §. legis. C. de inoffic. testa. cum simil.

SVMMARIVM.

1 *Mutatio temporis, uel pœnæ, in cautione de non offendendo, secundo data, an inducat ut recessum uideatur à prima, & sic facta nouatio ?*

2 *Nouatio quomodo, & quando fieri dicatur per multa, ut ibi. & 3. 4. 5. 6. 7.*

8 *Pacta nouissima derogant prioribus.*

9 *Negocium si fuit sopitum cum principali, in pace, trenga, uel cautione de non offendendo, an uideatur sopitum, & cancellatum cum*

tum cum accessorijs, & sequacibus? ibi. & 10.11.12.13.

14 *Coniuncti in hac cautione in tantum tenentur, inquantum eorum principalis.*

15 *Pœna, offendentis eum, qui in generali promissione fuit exceptus, ut offendens teneretur minori pœna, non regulatur à pœna illius excepti, quum possit puniri maiori pœna.*

Contractus debet esse reciprocus.

16 *Inducta ad fauorem, non debent in odium retorqueri.*

17 *Inducta ad unũ finem non debent operari contrarium effectũ.*

Contrariorum eadem est disciplina.

18 *Differentia inter cautionem de non offendendo, datam, ob timorem partis, & cautionem de non offendendo datam ex iussu Iudicis, & 19.*

Exceptiones in promissione de non offendendo quomodo intelligantur, quomodo fiat nouatio in gemina cautione. differentia inter cautionem datam ad instantiam partis, uel datam ex officio iudicis. Cap. XVI.

1 DATA † est cautio de non offendendo in mille aureorum per mensem eodem tempore durante datur in bis mille aureos per duos menses, uel in minorem summam ad maius tamen tempus, uel in minus temporis ad maiorem summam, utrum à prima
2 cautione sit recessum? videtur quòd non; quia † nouatio nũquàm inducta intelligitur nisi exprimatur. l. fin. C. de nouat. §. nouatio. instit. quib. mod. tollit. obligat. ut nec ope exceptionis id fiat. Alex. consil. 13. consil. 72. li. 2. consil. 173. lib. 7. cum. Dec. consil. 401. col. 1. Bertrand. cõsil. 338. col. 1. lib. 3. cum si. ¶ In contrarium est tex. in l. Valerianus. ff. de prætor. stipulat. iunct. præsertim glo. ibi in uerb.
3 longum, & † ubi tempus non est uniforme ibi tacitè fit nouatio Bal. in l. 1. col. 1. C. de nouat. Bal. cons. 128. col. 2. li. ubi alleg. l. cũ plures. §. lege. ff. loca. idẽ ꝓbata in satisdatio
4 ne Alberi. in d. l. valerianus, & quòd † nouatio fiat quando

 partes

partes inducunt dispositionem diuersam à prima Aymo.
5 cons.167.nu.9.& 12.Item † qñ cessat causa primæ obligationis,& sumus in causa finali à præcedenti obligatione recessum uidetur secundum Francum in c. cum cessante, ubi
6 Dec.ex.de appell.†Item dicitur fieri nouatio quando in secunda obligatione longior terminus apponitur, quàm in prima sec.Bar.& alios in d.l.Valerianus, Alex.in l.qui bis
7 idem.ff.de uerb.obli.& † an per prorogationē termini fiat nouatio in rub.C.de iudi.& in l.lecta.ubi recentiores. ff.si cer.pet.& ex coniecturis recedimus à d.l.fi. Dec.cons.401. col.fi.& limit.ex scriptis per Dec.cons.12.col.1.& consil. 474.Alex.cons.75.lib.2. Soz.in l. qui usumfructum. ff.de
8 uerb.obli.Doct.in l.singularia.ff.si cer.pet. facit quia†pacta nouissima derogant prioribus.l.pacta nouissima. C. de pactis,ubi Dec.consi.464.col.fi.cons.564.col.4. Ias. cons. 125.col.4. lib.1. ubi dicit in contractibus non esse apponenda uerba cassantia omnem alium contractum. Facit:q a cum deueniatur ad nouam cautionem uidetur noua causa: sed non urget: quia fieri pōt ex alia causa ut pœnæ modicitate.Item ex ea,quæ fuit antiqua causa, licet noua superuenerit nihilominus fracta uidetur cautio huiusmodi.
9 ¶†Quæro in pace,uel treuga, uel cautione de non offendendo negotium sopitū fuit cum principali,uel aliter fuit cum eodem cancellatum, utrum sopitum & cancellatū uideatur cum accessoriis,& sequacibus?uidetur ꝙ non;quia
10 cum hæc materia cōsistat in uerbis†regulariter à proprietate uerborum non est recedendū. l.non aliter de leg.3.cū iis, de quibus latè scripsi in libro meo de interpretatione uerborum,& ita quòd requiratur præsentia, uel mādatum coniunctorum.Ferret.in tit.de feriis nu.172.
11 ¶ † Contra tñ puto:quoniam sublato principali accessorium tollitur.l.cū principalis.ff.de reg. iu. reg. accessoriū. eo.ti.lib.6.Ias.in l.non dubiū.col.pen. C.de legib.gl.in l. si patronus.§.patronū.ff.si quis in fraud.patro.Dec.in l.cū proponas.C.de pactis.Paris.cōs.18. in fi.li.4. Soz.in.cōs. 78.num.10.li.1.cons.57.nu.23.in fi.li.2. Mars.sing.18.ac
12 cessorium.ut in simili dicimus quòd†priuilegiū ꝙ accessoriis,

riis, familiaribus propter principalem competit perempto principali tollitur, ut per Dec. & Cagn. in reg. in omnibus.
13 ff. de reg. iu. & dicimus † reuocato iure authoris dr̃ reuocatum ius habentis ab eo. l. lex uectigali. ff. de pignorib. Alex. conſ. 12. ponderatis. col. 7. lib. 3. conſ. 38. conſideratis. lib. 2. Bal. cõſ. 323. Maſſiolus. lib. 3. Dec. in l. ſi ſocius. ff. ſi cer. pet. conſ. 239. col. 5. Soz. iu. conſ. 119. col. pen. lib. 2. allegata uerò in contrarium procedant quando illi ratificaſſent, uel mandaſſent, uel aliter illis fuiſſet ius quæſitum.

¶ Ex his interrogatus quandoque dixi data ſecuritate, cau-
14 tioneve de non offendendo in mille aureos † excepto Lucio, qui ſolũ teneatur in centum, & omnes coniuncti ꝑ Luciũ contrauenientes in centũ tenebuntur ut contra ex parte offenſi in plus nõ operabitur coniunctus per offenſum, q̃ ipſe offenſus operetur, ab his & illud nõ abeſt ꝙ licet cõiuncti uel acceſſorij contineantur in priuilegio, & dicã in cautione tñ eiſdem priuilegium datũ non dr̃ & minus cautum, ut per Domini. conſ. 74. attento. Dec. in d. reg. in omnibus. nu. 9. ubi alleg. c. ſi cui. §. 1. de præb. li. 6. fac. no. in l. ex qua perſona. ff. de reg. iu. ¶ Ex prædictis quoque notan-
15 dum eſt, ꝙ ſi ut ſupra † unus ex generali promiſſione excipiatur ꝙ offendens non teneatur niſi in cẽtum minori pœna, non ex hoc concluditur, ꝙ eundem offendens in centũ teneatur, & non in alia pœna; quia liceat cõtractus debeat
16 eſſe reciprocus, tñ in materia dicere poſſumus, quòd † inducta ad fauorem non debent in odium retorqueri. l. quod
17 fauore. C. de legib. & † inducta ad unum finem non debent contrariũ effectum operari. l. legata inutiliter. ff. de adim. leg. l. cum tale. §. fi. de cond. & demon. Dec. conſ. 88. Tiraq. de retra. §. 32. gl. 1. nu. 7. Soz. iu. conſ. 144. nu. 33. lib. 2. Tiraq. de retra. §. 9. glo. 2. nu. 51. accedente quòd materia hęc odioſa eſt in eaque procedimus quatenus loquimur, ut in cæteris materiis odioſis. iux. not. in l. cum quidam. de libe. & poſthum. & per Tiraq. in præfat. tract. de retra. nu. 62. & ad hæc uidenda ſunt, quæ de huiuſmodi exceptionibus ſcribit Pariſ. conſ. 78. col. 1. & ſeq. lib. 1. Idem quoque dicendum erit ſi unus excipiatur qui in maiorem ſummam

obligetur namq; omnes ex eo accessorii, & sequentes eadem pœna tenebuntur, ut contrariorum eadem sit disciplina. iuxt. not. in rub. ff. de acq. poss. in reg. secundũ naturam. ff. de reg. iu. Tiraq. de retra. §: 12. gloss. 1. nu: 16. itaq; hæc intelligantur tam actiuè, quam passiuè nisi ratio diuersitatis obstet.

18 ¶ † Quæro quæ est differentia inter cautionem de non offendendo datam propter timorem partis, & cautionem de non offendendo præstitam ex iussu iudicis ne scandala oriantur de quibus supra tetigi? Equidẽ non inueni inter has cautiones, facientẽ differẽtiã, puto tamẽ quòd

19 hec principalis sit quia † cautio data propter timorem partis habet respectum ad causam præsentem timoris, sed iudex habet mentem directam ad quietem reipub: quæ inter inimicos ex quauis causa turbari potest non solum præsentem, sed & futuram, quod notandum est.

SVMMARIVM.

1 *In cautione de non offendendo, tam actiuè, quàm passiuè, an cõprehendantur ÿ, qui utriq; parti coniũcti sunt in pari gradu?*

2 *Dispositio in casu simplici, non trahitur ad casum mixtum, præsertim in odiosis.*

3 *Offendens, uel offensus si est magis coniunctus uni parti quàm alteri, uel magis faueat uni quàm alteri, tunc idem iudicatur in eo, quod præpollet, ac in mero simplici.*

4 *Dispositio de simplici, locum habet in illo mixto, quod de illo simplici magis participat.*

Duo uincula magis stringunt, quàm unum.

5 *Mixtum ex duobus, de eo participat quòd sibi utilius est.*

Naturale attenditur non autem accidentale.

6 *Cautio data est de non offendẽdo Titiũ, nec eius coniunctos usq; in 3. gradum ille qui dedit cautionem, stipulatoris filiã, & sibi consanguineã, eiusdem amore captus, raptu, surripuit, & stuprauit, an cautio dicat fracta? ibi. et distinct. sup hoc uide n. 7*

Semper attenditur id, quod principaliter agitur.

Animus, & uoluntas, distinguunt malefacta.

Amoris, furori parcendum.

Amor

8 *Amor, & libido in hac materia probatur ex varijs coniecturis, ut ibi.*
Adulterium non est quid, maius homicidio.
9 *Mulieri, quæ uolens adulteratur, non fit iniuria.*
Volenti, non fit iniuria.
Qui tacet, dicitur uelle, aut saltem non dissentire, si non resistat ipso facto.
10 *Fœminæ, an comprehendantur actiuè, & passiuè, in cautione de non offendendo? ut per eorum offensam cautio frangatur conclu. quòd non ratio multiplex, ut ibi. 11. 12. 13. cum seq.*
Verbum commune de proprietate comprehendit sub se masculum, & fœminam.

In cautione de non offendendo, an comprehendantur utrinque coniuncti? & an fœminæ? Cap. XVII.

1 QVAERO † utrum in cautione de non offendẽdo tam actiuè, quam passiuè cõprehendantur ii qui utrique parti coniuncti sunt in pari gradu? quòd hi non contineantur firmauit Vincentius Herculanus in l. 2. nu. 10. ff. de uerb. oblig. Hier. Grat. cons. 114. lib. 2. Soz. iu. cons. 103. lib. 3. & facit Bal. in l. si prædium.
2 C. de ædili. act. quia † dispositio in casu simplici non trahitur ad casum mixtum præsertim in odiosus l. uim passan. §. prę̃scriptione. ff. de adulter. Bald. in l. certi. §. quoniam, in 2. not. ff. si cert. pet. in. l. omnes. col. 12. ff. de iust. & iu. Alex. cons. 82. li. 3. Rom. cons. 294. Veron. cons. 19. col. 2. Alberic. prima parte stat. q. 79. Imol. in l. qui fundũ. i prin. ff. ad leg. Falc. Ias. in §. omniũ. nu. 28. inst. de act. Ruy. cons. 187. nu. 7. li. 1. cons. 114. li. eo. Soz. iu. d. cons. 103. Alex. in l. si dignum. ff. ad l. Falcid. cons. 96. li. 2. cons. 140. li. 5. Pau. Castr. cons. 378. lib. 1.
3 Planè † si offendẽs, uel offensus uni parti magis coniunctus sit quã alii, uel uni magis faueat quã alteri tũc idẽ iudicat in eo, quod præpollet ac in mero simplici ex regula, quã ponit Aret. & Sozin. in l. 2. ff. de uerb. oblig. hoc est quod

4 †dispositio de simplici locum habet etiam in illo mixto ꝙ de illo simplici magis participat iux. l.cum quęritur.ff.de stat.homin. & ex hac regula coniunctum uni magis quàm alii parti applicabimus. namque si ex parte ex qua magis præpollet offendatur cautio nõ rumpetur & applicare hic licebit attenditur id quod nocet ut per Tiraq. de retra.§. 30.glo.1.& nu. 30.& seq.

Hic non prætermitto quòd sequi unam magis, quam aliã partem poterit præpollere gradu item agnatio forsitan ꝑstabit cognationi,quæ cum à iure finita specialiter non reperiantur arbitrio iudicis relinquuntur,qui si uidebit hinc inde æqualitatem considerari posse in primo casu erimus, & fieri potest quod magis cõiunctus uni parti sectetur magis aliã factionem,& in uno forsitan duo erunt uincula cũ aduersetur contra unum,nec cuiquam dubium est duo uincula magis stringere quàm unum.aut. itaque.C.comm. de success.Soz.iu.cons.60.col.4.li.3.& ita in magis coniuncto sequente partem alterius scribit Paris. cons. 164.col.fi.li. 4.& facit quia†mixtum ex duobus de eo participat ꝙ sibi utilius est, Anch.cons.70.apponit Tiraq. de retra.§.30.gl. 1.nu.30.Soz.iu.tamen in d.cons.103.dixit non attendi sequelam factionis,quia Naturale attenditur non autem accidentale.l.qui habebat.ff.de tut. Tiraqu.de retract.§. 30. glo.1.nume.26.

6 ¶Quæro † data cautione de non offendendo Titium & ei coniunctos usque in tertium gradum,stipulatoris filiam cõsanguineamve eiusdem amore captus raptu surripuit eandemq́ue stuprauit,non solum eam osculatus amplexatusq́; est an cautio hæc de non offendendo fracta dicatur? ꝙ non allegatur Io.An.in reg.frustra,in mercur. li.6.i 2.q. Alex. cons.113.uiso,col.1.uer.sed præmissis.li.2.Corn.cons.42. col.1.& seq.li.2. Alex.cons.115.li.4.Hispan.in §.ex maleficiis.col.2.insti.de act.Cor.cons.44.col.pe.lib.4.cons.51. col.2.li.1.& esse comm.opi. dicit Dominus Marcus Mantua cons.169.uiso,col.3.Ant.Sic. in repertorio ad Abbat. in uerb.pax.in fi.ad hæc Bar.in l.uerum.ff.de furtis Ro.cõsi.183.col.1.cons.258.Castr.& Alex.in l.qui seruum. ubi

Ias.

Ias.col.2.ff.de uer.obli.licet in pace contra scribat Bar. in l.mulier.C.de adulteriis.Iulius Ferret.in tit. de feriis nu. 72.& seq.Ias.in l.cum filio.ff.de uer.obli.facit ratio : quia semp attenditur id,quòd principaliter agitur.l.si quis nec causam.ff.si cert.pet.Tiraq.de retra.§.1.gl.9.nu.68.§.30. gl.1.nu.4.& seq.& animus & uoluntas distinguũt maleficia l.Diuus.ff.de sicariis.l.illud.§.1.ff.de iniuriis,& amoris furori parcendum esse inquit Old.cons.210.regularis,per.§. nouimus.in auth.quib.mod. natur. effic.legit. ¶Et aduer
7 te; quia † ex hac ratione si constaret q non ex causa libidinis,sed ut iniuria uel principaliter saltem inferretur stuprum ut supra commissum est secus dicendum esset q etiã intelligo si uiolentia stuprum commissum sit; quoniam cõtra inuitam & uiolenter mea quidem sententia non fit sine modica offensione in personam & facit contra prædictam l.fi.§.1.ff.de Publica.Ferrett.in tit.de feriis nu.76.aliàs autem iniuria quidem sed nõ offensio in personam saltem talem ex qua frangeretur cautio hæc nostra de non offendendo.Excusationem hanc tamen non admitterem in execrabili,& abominando uitio illo sodomitico,quod contra naturam illiusque uim prorumpat iux. l.cum uir.C.de adul. Iuxta prædicta q.quis teneatur probare factum, aut non factum cã amoris,uel libidinis? Angelus singulariter in l.uerum.ff.de furtis tenuit q raptor teneatur probare cã libidinis id esse factum,quoniam est fundamentum suæ intentionis & secundum Angeli opinionem à quodam clarissimo I.C.temporibus meis consultum uidi,à quibus non absunt
8 scripta per Cagn.in reg.contractus,col.fi.ff.de reg.iu. † probatur autem amor,uel libido in materia ex uariis cõiecturis,præsertim ex eo,q communiter apud omnes fama erat hunc talis mulieris amantem esse,itẽ si fœmina rapta adeò pulchra erat ut facile esset unumquemque eiusdem amore capi.Sed quid si dicamus in dubio uiolentiam mulieri factam non præsumi,quoniam licet uir regulariter sit bonus tamen fœmina regulariter dicitur mala, & ad malum procliuis ut per Doctores in reg.fœminæ.ff.de reg.iu.
9 ¶ † Ex prædictis notare licet quòd † adulterium non est qd
maius

maius homicidio, & ita cui licet occidere bannitum etiam adulterare licebit secundum Nelũ de bãnitis.2. p.2.temp. q.46.& per quosdam in reg.non debet.ff de reg.iu. licet cõtra scribat Decius in c.quæ in ecclesiarum,col.6.ex. de consti.& forsitan ratione honestatis uerũ est,& nota ꝙ mulieri quæ uolens adulteratur non fit iniuria ; quia uolenti non fit iniuria,ut Bar.scribit cons. 175. Domine potestas. Dec. in reg.nemo fraudare.ff. de reg. iu. & si tacet dicitur uelle, aut saltem non dissentire si non restat ipso facto , ut in reg. qui tacet. ff.de reg.iu.

10 †¶Data cautione de non offendendo consanguineos & cõiunctos,dubitatum est utrum fœminæ passiuè (addo etiam actiuè)comprehendantur in hac cautione,idest,ut siue fœminę offensæ fuerint,siue fœminæ offendant, cautio huiusmodi frangatur,& non cõprehendi fœminas in hac cautione proptereaque ex fœminæ offensa hanc cautionem non committi scribit Alex. cons.113.col. fi.li.2.Cor. cons.95. col.2.li.3.Dec.cons.531.col.2. facit tex. in c.in Christi.in

11 uerbo masculos,in tit.de pace constant. † Huius rei multiplex est rõ,ut quia dicimus fœminã inimicitias leuare non posse,gl.legibus in c.1.§.pe.de feud.præsertim in extraiudicialibus defensionibus ut p Deciũ in reg. fœminæ. nu.62. ff.de de reg.iu.Ias.in l.cũ filio.nu.100.de uer.obl.licet con

12 tra faciat.l.foro rem.C.de his quib. ut indig. Itẽ†fœmina familiæ finis dicitur.l.pronunciatio.§.fi.ff.de uer.sig.Ferret.in ti.de feriis nu.171.ubi an à fœmina sit habenda pax

13 Tiraq.late.de retract.§. 1.gl.9.nu.193.inde†in contractibus masculinum nõ concipit fœmininum secũdum comm. opi.ut per Ias.in l.2.nu.232.C.de iure emphi.Dec. in l.in testamẽtis,ad fi.ff.de reg.iu.& in d.l.fœminæ. nu.104.in c. in præsentia,col.18.nu.40.ex.de proba.Corn.cons.13.col. 3.li.3.præsertim in odiosis, & contra ius commune sec. cõmunem opinionem ut per Dec. in d.l.fœminæ. nu.111.& est tex.in l.1.§.2.ff.de uent.inspic. Tiraq. de retra.§. 1.gl. 9.nu. 186.præsertim in odio irrationabili secundum alleg. per eundem in d. loco nu.192. & per Fulg. cons.85. col.3. Alex.cons.29.col.pe.li.3.cons.234.col.1.li.6.cons.154.li.

7.idem

7.idem in materia licet fauorabili tñ si æquè non conueniat fœminis sicut masculis & in casibus in quibus est diuersa rõ masculinum non concipit fœmininũ sec. com.opi. de qua p Tiraq.in d.loco nu.195.& nu.203.ad prædicta facit l.si cum dies.§.pe.in fi.ff.de arbitris & l.3. in fi.ff.mandat. Sed uereor ne his inspectis detur materia calumniandi, quia ea est hominum iniquitas ut sint, qui audeant uel fœminas trucidare ut masculis uel damnũ uel iniuriam quoquomodo afferant,item fœminæ quædam adeò malæ repeniuntur,ut nihil non infandum audeant,ut facilè transeuntem de fenestra sint percussuræ.

Prętereà aduertendum est ꝙ licet ea,quæ suprascripsimus procedant in genere masculino:tameo nõ procedant in genere communi,ut in uerbo affines:quia uerbum commune de proprietate comprehendit sub se masculum, & fœminã ut per Bar.in l.1.ff.de uerb.sig.cum iis,quę aliàs cumulaui offensio offendentis nõ frangit cautionem, & quid de alia causa antiqua ex quo committatur stipulatio non offendi.

SVMMARIVM.

1 *Offensus non ob.cautione ex interuallo,offendit eundem, qui ipsum offendit,per hoc non dicitur fracta cautio quo ad secundo offendentem,ratio ibi. num.2.3.4.& ampliatio conclusionis, ibid.5.6.*

7 *Ex falsa relatione facta Gaio, quòd Titius, cum quo habebat cautionem de non offendendo,offenderat fratrem suum, ipse Gaius arrepte Gladio Titium offendit.an dicatur fracta cautio? concl. quòd non ibi.nu.8.cum limitat.ut ibi.*

9 *Cautio de non offendendo an dicatur rumpi ex alia causa antiqua,quam ex ea propter quam data fuit ipsa cautio? uide distinctionem.ibi.10.11.12.*

A uerbis regulariter non est recedendum.

13 *Pœna promissa in euentum conuentionis, de non offendendo, pro parte fisco,& pro parte parti,uno contrafaciente,an pœna committatur in solidum,& utrum unus,an omnes, an singuli uiriliter ad pœnam agere possint? uide ibi. latè per conclusiones.*

siones.14.15.16.17.
Alterius factum, alteri nocere non debet.
Stipulatio prætoria, solum committitur in contrauenientem.
Stipulatio de non offendendo in hæredibus uidetur noua, ut in usufructu, ut quot sunt personæ, tot sint stipulationes.
18 *Fraudibus occurrere, & maleficijs interest Reip.*
Priuilegium regulariter non transit ad hæredem.
19 *Promissum si fuerit per plures in solidum de non offendendo, æque pluribus in solidum & ab uno contraueniatur, uel contra unum, quomodo pœna committatur, ibi. remiss.*

Offensio offendentis, non frangit cautionem, & quid de alia causa antiqua, & quomodo cõmittatur stipulatio de non offendendo. Cap. XVIII.

1 QVAERO † Titius me offendit, inde ego eundem offendi etiam ex interuallo, utrum quoad me fràcta sit cautio hæc de non offendendo? quòd non
2 communiter ab omnibus concluditur; quia † frangenti fidem fides frangatur eidem, & ita scribit Bar. in l. cũ pater. §. libertis. de leg. 2. in l. 1. §. cum arietes. ff. si quadru. paup. fecis. dicat. Doct. in l. cum proponas 2. C. de pactis. &
3 in l. qui seruum. ff. de uerb. obl. † Et uidetur noua causa, ut scribit Ale. cons. 115. col. 2. lib. 4. & si contra forsitan dicẽdum uideretur, quoniam solutio pœnæ habetur pro obseruatione contractus ut in d. l. cum proponas. C. de pact. sed dici poterat quòd pœna adhuc soluta non fuerat, & ideo
4 soluta pœna forsitan secus erit, nisi dicamus † adhuc subsistere nouam causam, ad hæc not. per Deci. cons. 381. & in d. l. cũ proponas, & in c. peruenit, ex. de iureiur. Doct. in l. quæro. §. inter locatorem. ff. locat. ad hæc Grãm. cons. 11.
5 in causa. † Ampliatur hæc conclusio ut procedat etiam si in contractu apponatur clausula rato manente pacto, quæ solet operari quòd licet contraueniatur contractus, tñ firmus manet; quia clausula hæc nõ operatur in fauoré cõtrauenientis, ut scribit Ale. in l. semel mora. ff. sol. mat. cõs. 32.

lib.

lib.2.conſ.115.col.2.lib.4. Ancha.conſ.141.col.1.Feli.in ca.3.in fi.ex.de iureiu.Frã.Rip.in repe.le.fi.q.33.ubi hoc limitat.C.de reuoc.dona.& Gram. conſ.11. in cauſa, ubi pœnam petere uel cõtractum reſcindere ponit in arbitrio

6 obſeruantis.†ampliat ut etiam ſi dicatur ſub tali pœna toties quoties cõtraueniatur cõmittenda, quoniam clauſula hmõi operatur in fauorem obſeruantis in odium contrauenientis,& non in eius fauorẽ ut per Bal.Pau. & Sal. in l. qui fidem.ff.de tranſa. in l.qui ſeruum.ff.de uerb. obli. & per Alex.conſ.115. col.2.lib.4.De his quoq; aliquid dicam infra.Soz.tñ conſ.260.in fi.lib.2.dicit hoc non procedere in treuga præſertim ſi conuenerint ne pro contrauentione ſoluatur intereſſe de quo puto me aliàs dixiſſe.

7 ¶ † Quæro aliquis mihi dicit Titius cum quo habeo cautionem de non offendendo offendit fratrem tuum,cum id uerum non eſſet,ego non inſpiciens an id uerum aliter eſſet arrepto gladio Titium offendi,utrũ fracta ſit cautio de non offendendo? uidetur quòd ſic, qm̃ non debebam eſſe ita credulus iux.no.in l.1.ff.de eo per quẽ fact.erit. Fely. in c.1.ad fi.ex.ut lit.non conteſt.in c.cum cõtingat,col.3. de reſcrip.Marſ.in rubr.de proba.nu.174.& in rubr. de fal

8 ſis,nu.2.& conſ.26.†contra tamẽ probant notata per Ale. conſ.115. col.fi.lib.4.Pariſ.conſ.165.in fin.lib.4. ſiquidẽ dolus abſit uel credulitas orta ſit à perſona fide digna ut in l.à Titio.ff.de cond. & demõſtrat.Lap.alle.100.factũ.Marſil.in pract.in princ.cõſ.3.&.4.Marſil.not.503.Iaſ.in l.qui ſeruuum.ff.de uerb.oblig. Decius & Cagn.in reg.qui cum alio.ff.de reg.iu.

9 ¶Quęro†propter nouam cauſam dicimus nõ frãgi cautionem de non offendendo utrũ propter cauſam autiquã aliã

10 tamen,quàm ex qua cautum fuerit?diſtinguo†aut ſimpliciter datur cautio non offendi,& cum generalis locutio hæc ſit uel ſaltẽ indefinita ad omnes cauſas trahetur iuxt. not. per.l.1.§.& generaliter. ff. de leg. præſtand.l. ſi pluribus.

11 de leg.1.†aut propter unam cauſam data eſt hæc cautio, & ex ea reſtringętur iuxt.not.in l. cum pater. §.dulciſſimis,

12 de leg.3.& l.regula.§.licet.ff.de iur.& fact.ign. †in dubio autem

autem generaliter pro quacunque causa in præteritũ cautio data uidetur; quia timor uidetur indistinctus, & à uerbis regulariter non est recedendum. l. nõ aliter. ff. de leg. 3.

13 ¶ Quæro † pœna promissa est in euentum contrauentionis de non offendendo pro parte fisco, pro parte uerò parti, utrum uno contrafaciente pœna committatur in solidum, & utrum unus, an omnes, an singuli uiriliter ad pœnã agere

14 possint? † Prima cõclusio sit ista quod ij quibus promissum est non offendi uiriliter agere possunt ad suam portionem, Bar. in l. fi. uersi. secundò quæro cum quo ibi Ang. & Rom. ff. de duobus reis. idẽ Bar. in l. operæ. ff. de ope. liber. Rom. in l. si id quod. ff. de duobus reis. Doct. in l. 2. §. item si in facto. in l. 4. §. Cato. ff. de uerb. obl. Corn. cons. 51. col. 3. lib. 1. Alex. cons. 116. per tot. lib. 4. ubi quod est uiriliter conueniri debent fideiussores ad hæc notata per Iul. Ferret. in tit. de feriis nu. 69. & quòd ex offensione unius in totũ cõmittatur stipulatio, ut per supradictos adde Mars. sing. 337. sequutis homicidiis ubi de promissione insolidum.

15 ¶ † Secunda conclusio est quòd si promissum sit nõ offendi neque per me, neque per hæredem meum, uno ex hęredibus contrafaciente pœna contra omnes committitur pro portione hæreditaria sec. Bar. in d. §. Cato. col. pen. quem communiter secutum testatur Fran. Rip. ibi nu. 100. quia hæreditario iure id fit, licet alterius factum alteri nocere non debeat, ut per Doct. in reg. non debet. ff. de reg. iu. & in reg. omnia. eo. tit. Hoc tamen declaratur primò ut non procedat in ea pœna, quæ à cohærede per actionem mandati rehaberi non potest, ut scribitur per Ange. quem sequitur Soz. & refert Fran. Rip. in d. §. Cato. nu. 100 ubi in contrarium allegat not. per Ioan. And. ad Spec. in tit. de treug. & pac. §. 1. uer. notãdum est ubi uoluit quòd pax rupta per unũ dicitur rupta quoad omnes, sequitur Corn. cons. 51. in hac col. 3. li. 1. distinguitur ut quoad nouã causam uera sit Cornei opi. nat quoad pœnam præcedentem. Secundò declaratur supradicta conclusio, ut procedat in stipulatione interposita uoluntariè, secus si ex necessitate statuti alterius ve cõstitutionis; quia cũ hæc stipulatio sit prętoria sec. Bar. in

l. 5.

l.5.in prin.ff.de uerb.oblig. prætoria stipulatio solum cō mittit in contrauenięté.l.pœnalis.§.Iulianus.ff.ad leg.fal cid.& ita scribit Ludouic.Roma.& Iaso. in d.§.Cato.licet Ripa ibi aduersari uideatur quibusdā rationibus, quæ faci lè negari possunt, faciunt quæ de necessitate scribit Tiraq.
16 de retra. §.26.gl.1.quæ hic facile possent insarciri.¶ † Tertia conclusio sit, quòd promittens non offendere Titiū & eius hæredes sub pœna mille, offendendo unum ex hæredibus incidit in pœnam integram soli hæredi offenso insolidum persoluendam, ut tenet Ange., Ancharan. Castrens. Alberi & posteriores ut hęc uideatur comm. opinio secundum not. per Franc. Rip.in d.§.Cato.nume.99. & est ratio; quia in hęredibus stipulatio non offendi ut in usufructu, uidetur noua, ut quot sūt psonę tot sint stipulationes, ut præsēsit.Bar.in d l.fi.q.2.ff.de duob.reis,& in.§. Cato. ex qua cōsideratione eneruātur quædā Alex.cōsiderationes circa resolutionē huius argumēti ad hæc notat.per Iulium Ferrettum in tit. de feriis col.8. pro quibus uidenda sunt etiam notata in l.omnia ferè,& in l.qui per successionem.ff.de reg.iu.
17 ¶ † Quarta conclusio sit quòd promissio de non offendendo ex parte stipulatoris est personalis ex parte promissoris est in ré transitoria ad hæredes, ut stipulatio usus,& usus-fructus, iuxt.l.stipulatio ista.§ si quis.ff. de uerb. obligat. sentit Bar.in d.§.Cato.& in d.l fin. Nō obstat si consideretur quòd cum simus in materia odiosa si promitto te nō offendere nō uideor cogitasse de hærede, quia licet ut cōmittatur cautio huiusmodi odiosum sit, tamen facere ut nō cō
18 mittatur erit fauorabile: quoniam fraudibus † occurrere,& maleficiis interest republicæ. l. ita vulneratus. ff. ad leg. aquil.l.conuenire.ff.de pactis dotalib.& ita in materia intelligatur id quod dici posset priuilegiū regulariter ad hęredem non transit, ut per Alex.& alios in l.qa. ff.solut.matri.Iaſ.in l.fin.ff.de const.prin. Dec.& Cagn.in reg.in om-
19 nibus. ff. de reg.iu.& nota illud; quia † si promittitur per plures insolidum non offendi æquè pluribus insolidum si cōtraueniatur ab uno, uel contra unū qūo pœna cōmittať

H decidi-

deciditur ex notatis per Bar.in d.l.fin.ff.de duob.reis Ferret.in tit.de feriis nu. 82.& prædictis.

SVMMARIVM.

1 *Cautio de non offendendo Titium an rumpatur offendendo eius fratrem? uide concl. post multa, quæ allegat & tam in iure, quàm hist. & poet.*

Fratrum gratia rara.

Fratres sicut se supra modum amant, ita & supra modũ se odio habet, ita ut fratrum bellum dicatur acerbissimum.

Frater dicitur ferè alter.

Frater fratri adsit in prouerbio.

2 *Fratres non sunt trãsuersales, sed principium trãsuersalitatis.*

3 *Ii tantũ ueniũt in cautione de offen. qui exprimũtur, et nõ alij.*

Priuilegium concessum domino, non trahitur ad famulos.

4 *Iniuria facta uni de familia, totæ familiæ facta uidetur.*

5 *Ille qui punitur quia offendit in domo, nõ ita punietur si offenderit in hospitio, & quid si in naui?*

6 *Familiares & coniuncti licet comprehendantur in priuilegio Domini, non tamen priuilegium eis datum est.*

7 *Cautio de non offendendo an rumpatur offendendo filium, uel nepotem, uel alium descendentium loco filij?*

Pater & filius est una & eadem persona.

Vox patris dicitur uox filij.

8 *Magis timent parentes de filijs, quàm de seipsis.*

9 *Cautio de non offendendo, respicit personam, & est similis usui uel usufructui, qui non transit de patre in filios.*

Cautio ut odiosa, quam maximè restringenda est.

Offendens fratrem, filium, uel nepotem Titii, an dicatur frangere cautionem de non offendendo Titium. Cap. XIX.

1 CAVTIO † de non offendendo Titium, utrum rumpatur offendendo fratrem Titii? Hic est difficilis articulus, quòd ita nõ frangatur cautio hæc uidetur communis opinio; ita enim tenet Bart. Paul.

Paul. Alex. & Iaſo. in l. ita ſtipulatus. §. Griſogonus. in fi. ff. de uerb. obligat. qui ita loquũtur in ſpecie, pro qua opinione facit l. 1. §. fi. cũ leg. ſeq. ff. de iniuriis, ubi Bar. §. patitur. inſtit. eo. tit. Hoſtienſ. in ſumm. eo. tit. Dec. in reg. conſilii. §. fin. ff. de reg. iu. cap. 1. de eo qui exclud. frat. donat, facit quia fratrum gratia rara eſt. l. cũ pater. §. euictis de leg. 3. l. cum oportet. C. de bonisq. liberis, & quod legitur de Etheocle, & Polinice apud Bocat. de geneal. li. 2. c. antepe. & apud Ouidium in ibi.

Noua fraterna ueniet concordia ſumo.
Quam uetus accenſo ſuperat igne pyra.

Et de Romulo & Remo notiſſima eſt hiſtoria apud Liuiũ lib. 1. ab urbe condita & alios & parergos tacta eſt apud noſtros Iureconſultos in l. fin. ff. de rer. diuiſ. & dicitur quòd ſicut fratres ſe ſupra modũ amãt, ita & ſupra modũ ſe odio proſequuntur, ut fratrum bellum dicatur acerbiſſimum.

¶ Contrariũ quidam tenuiſſe uidentur, licet non ita in ſpecie in cautione de non offendendo ut Ancharan. in c. ſciant cuncti. per illum tex. ex. de elect. in 6. ut refert Felyn. in c. eccleſia S. M. nu. 70. ex. de conſtit. Iaſ. in l. 1. ff. de in ius uocando in l. de pupillo. §. ſi quis ipſi ꝑtori. ff. de oper. nou. nunt. in l. 1. col. 1. C. de indict. uid. toll. Marſil. ſing. 188. ſing. 204. ſing. 331. ſing. 653. Rom. in rubric. de arbitris, ubi uoluit quòd can. ſi quis ſuadente diabolo &c. habeat locum etiam in percutiente conſanguineum clerici, ut per Felyn. in d. cap. eccleſia S. M. nu. 70. ad hæc gloſſ. & Francus in c. quicunq;. de ſentent. excomm. li. 6. ubi in domeſticis, & familiaribus loquitur. ad hæc Caſtrenſ. in l. ſed ſi exi mẽdi. ff. ne qs eũ Alex. in l. Gallus. nu. 17. de li. & poſthu. in l. ſi finita. §. ſi de uectigalibus. num. 23. ff. de dam. infect. Ang. in tract. malefic. in uerb. per pannos dixit ꝙ offenſio facta fratri dicitur perſonaliter quando offenditur frater, idẽ Ang. in §. itẽ ꝑpter inſtit. de excuſat. tut. dũ refert Bar. in l. 3. §. ſi tutor. ff. de ſuſpectis tut. Ang. idem §. fin. inſtit. de curator. Marſil. cõſil. 68. conſ. 115. nu. 14. Anton. Blanc. in practic. crimin. §. 15. nu. 23. Alciat. de præſumpt. reg. 1. præſumpt. 23. ad hæc Bald. in cap. 1. §. fin. quib. mod. feud.

amittat.conf.295.laudari.li.2.Fel. in c. repellantur. ex.de accu.ubi de offensione, q̃ facta fuerit in socios hominesve cohabitantes,ad hæc Iulius Ferrettus in ti.de feriis nu.80. ubi quosdam alleg.facit quia frater dicitur ferè alter sec. Nonium Marcellum & Festum & Gellium Noct. attic.lib. 13.c. 10.in fi. Euerald.in loco ad etymol.uocab. & Plinius c. 36.li.7.refert P. Rutilium nunciata fratris repulsa expirasse,& Gerionis fictionem tergemini ad hoc refert Alciatus Emblemate huiusmodi

Tergeminos inter fuerat concordia fratres,
Tanta simul pietas mutua,& unus amor
Iniuncti humanis rebus ut ampla tenerent
Regna uno dicti nomine Gerionis.

Castoris quoque & Pollucis notissima est historia de qua Virgilius.

Sic fratrem Pollux alterna morte redemit.
Itq; reditq; uia toties.

& Hesiodi uersus factus est à Tiraquello in l.si unquàm, in uerbo libertus. nu.92.C. de reuocand. donat. in hanc sententiam

Sed nec germano quisquam æquandus amori.

& Prouerbium est frater fratri adsit. Plato in li. de repub. 2.fol.mihi 220.& apud Herodotum li.3.legitur ꝙ fœmina cui optio data fuerat mallet ne sospitem esse uirum,filium an fratrem,fratrem elegit,& per hæc atque alias quasdam rationes quod q̃nq; scripsi ad restringẽdum quoddam edictum de faciente uindictam transuersalem sustineri posset
2 ꝙ † fratres non sunt trãsuersales,sed principium transuersalitatis,ut in affinitate de uiro,atq; uxore dicitur. A quibus non recedit ꝙ ille,qui promisit defendere, uel non offendere non intelligitur ex causa suorum. l.altius.ff. si seruit. uendi. Alex.in l.frater à fratre.de cond. indebit. Fely.in c. olim.de rest spo.Cagn.de reg.iu.in reg.non uidetur.ff. de reg.iu. ¶ Quid dicendum? certè non est recedendum à præcedenti opinione præsertim si promittatur non offendere facto tantum,& in personam,namque nõ ignoro magis dubium esse si dicatur simpliciter non offendere, & in hoc offen-

3 offensam in personam requiri infra dicemus; quia † in cautione de non offendendo ij tantum ueniunt qui exprimuntur, & non alii; quia confundetur in stipulatione, & in uerbis etiam restringendis extrinsecæ personæ in hac cautione non ueniunt, arg. l. si ita stipulatus. §. Grisogonus. ff. de uer. obl. & l. quidquid astringendæ. ff. de uerb. obli. & scribit Ferret. in tit. de feriis nu. 60. & facit quia priuilegiũ concessum domino non trahitur ad famulos secundum magis comm. opi. ut per Capit. decis. 12. ¶ Verum tamen est ꝙ si promittatur alicui iniuriam nõ fieri, per offensionem iniuriosam nõ solum factam in fratrem, sed & in alios eiusdem familię stipulatori iniuria inferretur; quia † iniuria fa
4 cta uni de familia toti familiæ facta uidetur. l. lex Cornelia, ubi gl. & Bar. ff. de iniuriis. Bal. in l. 1. C. si qua præd. potest. Bal. in l. 1. C. de rapt. uirgin. in l. 1. & 2. de li. caus. Bar. in l. 3. §. si tutor. ff. de suspectis tutoribus. in l. cum scimus. nu. 4. C. de agric. & censit. li. 11. Bar in l. de pupillo. §. si qs ipsi ff. de oper. nou nun. Bal. in l. raptores. C. de epis. & cle. Ias. in l. si ita stipulatus. §. Grisogonus. ff. de uer. obl. Fel. in c. repellãtur: nu. 5. ex. de accus. ubi hoc usque ad quartum gradum arctare uidetur Glossa tamen in d. l. lex Cornelia uidetur loqui in infinitum, ex consuetudine regionis forsitan id estimãdum erit. quoniam alibi de iniuria fratris, alibi coniunctorum latè alibi minime aliquorum, ad hæc idẽ Fely. in c. cum oporteat nu. 3. ex de accus. Car. in cle. 1. no. 13. de excessibus prælat. Bertachi. in reperto. in uerb. iniuria uer. 23. Marsi. sing. 351. amicitia. Fely. & Dec. in d. c. ecclesia Sanctæ Mariæ, in uxore, in sponsa, in concubina scribit Ang. in tract. de malefi. in uerb. & dictus Sempronius. nu. 33. licet contra prædicta faciant notata per Fran. Rip. in l. 4. §. Cato, nu. 95. ff. de uer. obli. ¶ Non ueniunt itaque in hac cautione alij quàm expressi, & ideò nec frater nec adhęrentes nec complices ut etiam scribitur per Ferretum in ti. de feriis nu. 113. allegata uerò in contrarium procedent in aliis materiis ut iniuriæ, ut pacis (de quo tñ non firmo ꝑp ea, q̃ hinc inde dici pñt) facit in proposito ꝙ apud quosdam tractatur an priuilegium alicui concessum trahatur

ad eius adhęrentes, famulos, familiares, factores, & huiusmodi ut per Abba. in c. q nonnullis. de priuilegiis Oldr. cons. 11. Thema Marsi. sing. 181. plura. Ang. in proœ. digestorum Alex. in l. lecta. ff. si cert. pe. Deci. & Cag. in reg. in
5 omnibus. ff. de reg. iu. Et ad prædicta facit quòd † ille qui punitur; quia offendit in domo, non habet locum si offendat in hospitio, & quid si in naui uide per Bald. in l. ea. C. quomo. & qu. iud. Alber. in l. pœna. ff. de his qui deiec. uel effud. Bar. in l. maritus. ff. de adulteriis Dec. in reg. nemo de domo. ff. de reg. iu. Ias. in l. pleriq;. ff. de in ius uocando. Item si uenirent non uenirent tanquam ipsi sed ut connexi
6 principalis stipulatoris, sicut in simili dicimus q † etsi familiares & coniuncti dicantur comprehendi in priuilegio domini tamen eis priuilegium non dicitur datum ut per Domi. cōs. 74. attēto. Dec. in reg. in oībus nu. 9. ff. de reg. iu.
7 Ex his inferri potest ad decisionem illius qōnis † an rumpatur hęc cautio de non offendendo aliquē offendendo illius filium, uel nepotem, uel alium descendentium loco filii, circa quam uidebatur dicēdum q frangeretur cautio huiusmodi; quia pater, & filius est una & eadem persona. l. fi. C. de impub. & aliis substitut. & uox patris dicitur uox filii. §. ei qui insti. de inutil. stip. ad hæc no. per Tiraq. de retract. §. 2. gl. 2. nu. 2. & in l. si unquam. in prin. nu. 22. C. de reuo. dona. Alex. cons. 48. col. 1. lib. 1. Cor. cons. 268. lib. 3. Iason in l. pacta successorum C. de pactis Alcia. reg. 1. præsumpt. 10. Dec. cons. 443. cons. 382. Soz. iu. cons. 4. col. pe. li. 2. & di
8 cimus q † magis timent parentes de filiis, quàm de se ipsis. l. isti quidem. §. fi. ff. q me. cau. cum his de quibus per. Soz. iu. cons. 77. nu. 38. li. 1. cōs. 59. col. 1. li. 3. cōs. 134. col. 6. li. e.
9 ¶ In contrarium tñ est ueritas ex prędictis, & † quia hæc cautio respicit personam & ut diximus Bar. in d. §. Cato, quē ibi Francis. Rip. nu. 98. refert dicitur similis usui, uel usufructui qui non transit de patre in filium. §. 1. & fin. inst. de usufruct. & §. 1. de u su. & habitat. inst. de usu & habitat. & ut dixi cautio hæc ut odiosa quàm maximè restringenda est, alioqui dicendum erit & offenso filio unius ex comprehensis in cautione cum is non contineretur cautionem frangi, quod

quod usquequaque probabile non uidetur. Quę autem diximus de descendentibus eadem sibi locum uendicabunt contra in ascendentibus arg. no. in auth. ex causa. C. de lib. præterit. & in autem. nouissimo. C. de in offi. test. & in filio Bar. in l. 1. C. si rect. prouinc. & ualet arg. à correlatiuis iuxta no. in l. fi. C. de indict. uid. tollend.

SVMMARIVM.

1 *Stipulatio de non offendendo, an committatur, si ille, qui promisit non offendere Titium, nec eius consanguineos, occidit mulierem, quæ in utero eiusdem consanguineum ferebat? concl. quòd non ibi. 4.*

2 *Ille qui est in utero, habetur pro iam nato, in his, quæ concernunt eius utilitatem.*

3 *Ille nõ dicitur sine liberis decessisse, qui uxor prægnãtẽ reliquit.*

Puero in utero ante 40. dies nullam habet formam.

5 *Statutũ quòd occidens hominem puniatur tali pœna, non habet locum in occidente puerum in utero, faciendo fieri abortum.*

6 *Promittens non offendere Titium an frangat cautionem offendendo eius uxorem? uide concl. 2.*

7 *Iniuria quæ fit uxori, dicitur fieri uiro.*

Vir, & uxor, dicuntur duo in carne una: & quomodo intelligatur? 10. 12.

Vir relinquit patrem, & Matrem, & adhæret uxori suæ.

Omnis Amor magnus, sed aperte in coniuge maior.

8 *Vir dicitur habere domicilium, ubi uxor inhabitat.*

Vxori, pro uiro, potest fieri denunciatio.

9 *Stipulans alimenta pro se, dicitur stipulari etiam uxori.*

Si cui relinquatur usus alicuius domus, intelligitur etiam relictus usus pro uxore.

13 *Vxor licet sit principium affinitatis, non tamen est affinis.*

14 *Promissio de non offendendo affines, non comprehendit uirum & uxorem, nisi, ij ueniant ex alio capite.*

Non iudicatur idem de numero, quòd de principio numeri.

15 *Promittens non offendere consanguineos Titij, non comprehendit uxorem suam consanguineam Titij, nisi dictum fuerit tam*

masculos quàm fœminas.

16 *Fœminæ, masculi appellatione non comprehenduntur in materia huius cautionis.*

17 *Marito cõcessa est leuis correctio in uxorem, ita quòd si grauius causa castigauerit, teneatur præsertim causa non subsistente.*

Mulier timens de nimia sæuitia uiri, potest petere sibi dari cautionem de non offendendo.

18 *Pater mariti, proauus, & deinceps, mater auia & proauia non frangunt hanc cautionem, & ratio.*

19 *Promittens non offendere sub cautione, filium uel auum, uel nurum, utrum trahatur ad offendẽtem nepotem, pronepotem, proauum, uel pronurum?*

20 *In materia odiosa filij appellatione non uenit nepos, neque nepotis pronepos.*

21 *Materia cautionis est etiam fauorabilis ibi.*

22 *Cautio de non offendendo an rumpatur per offensionem illatam cadaueri stipulatoris?*

Mors omnia soluit.

23 *Quatenus mortuo beneficium conferri possit ibi remiss.*

Afflictio non debet addi afflicto.

Mors prodesse solet, non autem obesse ut quis non offendatur.

Cadauer mortui furcis suspendere non licet.

24 *Non licet sæuire contra bannitum occisum, nec ei uestes detrahendæ, nisi incontinenti.*

25 *Quibus casibus liceat contra mortuum sæuire ibi remiss.*

Pœna, deponentis suspensum furcis.

Ex offensione vteri, vxoris, pronurus, cadaueris, an rumpatur cautio de non offendendo? Cap. XX.

1 QVIDAM promisit non offendere Sempronium nec eiusdem consanguineos, modo occidit mulierem, quæ in utero ferebat eiusdem consanguineum utrum cõmittatur stipulatio? uidetur

2 quòd sic, quoniam † in his, quæ concernunt utilitaté existẽtis in utero ille habetur pro iam nato. l. qui in utero. ff. de

stat.

ſtat.homi.Fely.in c.1.col.2.ex.de pręſcrip.Tiraq.de retra. §.1.gl.75.in l.ſi unquam,in uer.ſuſceperit.nu.123.C.de re

3 uoc.dona. Et in tract.de nobilit.nu.45.&†non uidetur ſine liberis deceſſiſſe. qui uxorem pręgnantem reliquit ut per Doct.in l.ſi quis prægnantem,ff de reg. iu.

Certè ante quadrageſimum diem ante quem à puero nullam eſſe ſumptum formam ex communi opinione conſultum uidi quæſtio magnam difficultatem non habet, & ita

4 quoſdam in ſimili materia,conſuluiſſe uidi, tamen† idem dicendum eſt ét poſt quadrageſimum diem, hoc eſt ꝙ talis

5 ut ſupra cautionem non franget; quia in ſimili†ſi ſtat ſtatu tum ꝙ occidens hominem puniatur tali pœna nō procedit in occidente puerum in utero faciendo illum per abortum eici, ut ſcribit Alberi.3.p.ſtat.q.59. Auguſt. de Arimino ad Angel. de maleficiis in uer.ex interuallo. Roman. in l. 1.§.occiſorum.ff.ad leg. Aqui. Bal. in l. quod dicitur.ff.de lib.& poſthu.faciunt no.in l.Diuus.ff.ad l.Corn.de ſicariis præſertim ſi principaliter hoc non agebatur, ad hęc notanda ſunt quæ Tiraq.ſcribit in d.§.1.gl.nu.76.& d. gl. ſuſceperit nu.122. Alex.conſ.171.col.fi li.2.& no.per l. Titius ff.de ſuis,& legitimis hæred.Dec.conſ.217. conſ.222.cóſ. 364.conſ.95.conſ.574.& iterum Tiraq.d.gl.9.nu.81.Soz. iu.conſ.22.lib.1.conſ.177.col.1.lib.2. Fely. in c. ſicut.ex. de homicid.Dec.& Cagn.in d l.ſi quis ubi quoque Cagnolus ſcribit de ſignis prægnantis, & an mulieri credatur aſſerenti ſe eſſe prægnantem.

6 ¶†Quæro utrum promittens non offendere Titium frangat cautionem offendédo uxorem Titij? uidetur quòd ſic;

7 quia†iniuria,quæ fit uxori dicitur fieri uiro.§.3.inſt.de iniuriis,& quia uir & uxor dn̄r duo in carne una iux.no.in.§. 1.inſti.de nuptiis & ſcriptū eſt, Vir relinquet patré,& matrem, & adhærebit uxori ſuæ, & Propertius lib.4.inquit.

Omnis amor magnus ſed aperto in coniuge maior.

8 ¶†Et uir dicitur habere domicilium ubi uxor habitat l.1. §.domum,de lib. agnoſc. Et uxori pro uiro fieri poteſt denūciatio l.aut q. §.ſed & Seruius.ff.qu.ui aut clā & latè ꝓſequitur Tiraq.in legibus cōnubiali.leg.12.in l. ſi unq̄ in

prin.

prin.nu.12.C.de reuocan.donat. & de retract.§.9. gl.1.& in leg.connubiali p.nu. 31. facit c.Agathosa.17.q.2. c.de neptis.31.q.2.c.Martinus. de cognat spirit. ex quo dixit
9 gl.in c.admonere.33.q.q. † stipulans alimenta pro se dicitur stipulari etiã uxori &dicimus q si cui relinquatur usus alicuius domus intelligitur etiam relictus usus;pro uxore,
10 & uxori fratris habenda est reuerentia &† quomodo intelligatur q sit eadem caro cum uiro Paris.cons.68.li.4.cons. 33.nu.67.lib.1.cons.22.& cons.23.lib.eo. cons.29.lib.3. ad hæc Marsi.sing.653.Alex.cons.113.lib.2.Lucas de pœna in l.1.q.20.C.de public.lætit.

11 ¶† Contra tamen probant suprascripta, & tenuit Ioannes And.in reg.frustra.in Mercu.refert,& sequitur Franc.Rip. in l.4.§.Cato.nu.96.de uer.obli.ubi Aret. col. pe.& facit quia c.si quis suadẽte diabolo &c. non habet locum in per cutiente uxorem clerici scribit Fely.in c.2.col.2.ex. de fo. comp.& l.fi.C.de reuoc.donat.;non habet locum in offendente uxorem donantis & ibi scribit Franc.Rip.q.18. & il
12 lud,quod dicimus† maritus, & uxor dicuntur unum corpus,intelligitur,quoad bona matrimonialia, non quoad reliqua sec.Cardinalem Florent.in cle.1. q.28.de homi. uerum tamen est quòd iniuria illata uxori dicitur illata marito ut supra diximus.

Multo magis autẽ in hac cautione non comprehendetur uxor putatiua,sponsa siue traducta, siue non traducta, non enim ita propriè;sunt uxores iuxt.not.in rubric.ex.de sponsalib.Tiraq.de retra.§.10.gl.1.col.1.& seq.

13 ¶ Et facit:quia† licet uxor sit principium affinitatis,tamen ipsa propriè non est affinis sec.gl. in l.affinitatis.C.comm. de success.in §.affinitatis.insti.de nuptiis Bal.cons.375.cõcessa.li.4.Tiraq.de retra.§.1.gl.9.nu.39. quare dici posset
14 quòd† promissio de non offendendo affines non comprehendat uirum & uxorem,nisi hi ueniant ex alio capite facit quòd nõ iudicatur idem de numero quod de principio numeri iux.no.per Doct.in l.2.§.mutui datio.ff.si cer. pet.in l.non ideò.C.de hære.insti.in l.maritus.C. de procura.Tiraq.de retra.§.1.gloss.21.nume.7. ubi etiam allegat illos

qui in huiusmodi puncto tenent contrarium.

15 ¶Circa hæc quoque aduertendum est; quia † promittens non offendere Titij consanguineos non cōprehendit uxo-
16 rem suam consanguineam Titij; quia† fœminæ masculini appellatione in materia non cōprehenduntur. Sed & si dictum sit non offendere Titij consanguineos tā masculos, q̃ fœminas nihilo magis comprehendetur uxor Titij; qa uel mixtæ naturæ est, uel necessariò magis coniuncta est marito offendēti, iuxta illud Pauli relinquet patrem & matrē, & adhærebit uxori suæ, & ita scribit Paris. cons. 54. nu. 14. lib. 4. post Abbat. in c. quemadmodū. col. pen. ex. de iureiurando, ita ut hac ratione non inspiciamus illud quod dici-
17 mus† marito cōcessam esse leuem correctionem in uxorē, ut si grauius eandem castigauerit teneatur præsertim causa non subsistente, ut per Abbat. in d. c. quemadmodum. Alex. cons. 56. lib. 3. Paris. cons. 54. lib. 4. ubi tangit q̃ mulier quę timet de nimia seuitia à uiro suo potest petere cautionem & satisdationem de non offendendo.

18 ¶ Sed dubitari posset † de patre mariti, pro auo & deinceps, uel de matre, auia uel proauia datis terminis habilibus, ipse tamen puto quòd hi non frangant cautionem hāc quia nurus, uel pro nurus, iisdem est loco filiæ. l. quia. ubi Alex. & Ias. ff. solut. mat. l. si filia. §. si filiafamilias. ff. famil. erc. cum simil.

19 ¶Iuxta hæc quæro, utrum† promittens non offendere sub cautione filium uel nepotem uel auum uel nurum, utrum trahatur ad offendentem nepotem, pronepotem, proauū, uel pronurum, & sic de singulis? uidetur q̃ nō; quia hęc est
20 materia odiosa. † in materia autem odiosa filij appellatione non uenit nepos, ut nec nepotis pronepos, & sic de singulis, ut notat in l. liberorum. ff. de uerb. signi. ad hæc nota ta per Decium cons. 288. num. 12. cons. 443. col. antepen. cons. 95. col. pen. cons. 464. col. penul. cons. 568. Doct. in l. Gallus. §. instituens. ff. de lib. & posthu. in l. fœminæ. ff. de reg. iu. Soz. iu. consi. 144. num. 74. lib. 3. cons. 108. col. 2. li. 2. cons. 30. per tot. li. 3. cons. 146. cons. 149. lib. 2.

21 ¶Planè† hæc materia fauorabilis quoque considerari potest.

test,ecce enim si statuto caueatur patrem pro filio petere posse cautionem de non offendendo certe ad auum extendendũ id uidetur:qm̃ hac ratione extensioneque materiæ delinquendi occurritur,ut in l.filiũ habeo.ff.ad Macedon. Dec.in reg.fœminæ.ff.de reg.iu.in l.2. C. de in ius uocã. Alex.consi.37.col.pen.cons 158.lib.6. Alcia. in l. filij.de uerb.signi.Soz.iu.cons.144. col.fi.lib.3. cons. 1. in 2. dub. cons.2. col.2.lib.eod. & ita consideratur publica utilitas, quæ an secundario an principaliter ueniens sit attendenda notanda erunt scripta in l.1.ff.solu.mat. Alcia. in l. pupillus.ff.de uerb.signifi.

22 ¶ † Quæro utrum cautio de non offendendo rumpatur per offensionem illatam cadaueri stipulatoris? ꝙ non puto,qm̃ mors omnia soluit.§.deinceps.in Auth.de nuptiis. Ancharan.consi.274.Corn.consi.295.col.fi.lib.2. facit.l. defunctorum.ff.de publi.iudi.l.in senatus. §.in defunctorum. ff. de publi.iudi.Dec.& Cag.in reg.pupillum.§.2. ff.de reg.
23 iur.& † quatenus mortuo beneficium conferri possit, uide per Dec.& Cagno.in reg.Neratius.ff.de reg.iur.& ita post Bar.se habet comm.opinio,ut per Fran.Rip.in d.l.4.§.Cato.nu.95.ff.de uerb.obli.quod ampliat̃, ut nec si ꝓmissum sit hæredem non offendi uera sit propositio; quia licet forsitan hæredi fiat iniuria, tamen non ex hoc offenditur in personam ut requiritur, & ita intelligantur not.in d.§.Cato.nu.95.& in materia additur.l.& si quis. §.fortasse.ff.de relig.& sumpt.fun.l.quemq; post prin.ff.de institor.Contra tamen facit:qa non debet addi afflictio afflicto,& mors prodesse solet,non autem obesse, ut quis nõ offendatur; ecce enim cadauer mortui furcis suspendere non licet Ang. in d.l.defunctorum.Corn.in l.2. C.qui testamen.fac.poss. Doct.in l.imperium. ff. de iurisd.om.iudi.Ange. Alex. & Ias.in d.l.2.C.qui testa.fac.poss.Ang.de malef.in uerb.qui iudex.Dec.& Cag.in d.l.pupillum. Hinc dictum est quòd
24 † contra bannitum occisum nõ licet seuire, eidemq; uestes detrahendæ non sunt nisi incontinẽti Bal. in l.sororem. C. de his quibus ut indign.Castren.cons.33.ad fi.in antiquis,
25 † casus autẽ in quibus contra mortuum licet seuire ponit

Fely.

Fely. in c. si episcopus, de hæreti. Dec. in d. l. 2. C. qui testa. fa. poss. remissiuè per Cagn. in d. l. pupillus. §. 2. & ibi qua pœna puniendus sit, qui furcis suspensum deponit.

SVMMARIVM.

1 *Cautio de non offendendo, an possit impetrari attinenti offendi uerbis?*

2 *Famæ læsio, grauior est quacunque pœna pecuniaria, nisi in uilibus?*

3 *Pax ad tollendam hanc cautionem de non offendendo, cum multum operetur, à quibus sit, & haberi debeat. uide ibi. per distinctionem, & multa circa hoc per longam.*

Statutum si dicat quòd pax habeatur ab hærede, non sufficit habere ab offenso.

Statutum imponens pœnam non habenti pacem ab offenso, non habet locum si offensus non supersit.

4 *Ille qui dedit cautionem de non offendendo, ex dispositione statuti, uolentis quòd habentes inimicitias teneantur ad satisdandum, & securitas data ab uno intelligatur data ab alio, & quoad alium sit reciproca, si alius recusauerit satisdare, si petierit debet liberari à data cautione.*

Non debet quis repetere id, quòd dare tenetur.

Aequalitas est seruanda.

5 *Fictio idem operatur in casu ficto, quòd ueritas in casu uero.*

6 *Factum Iudicis habetur pro facto partis, quando per partem stat quominus fiat.*

An cautio hæc detur, si quis timeat offendi uerbis, & quædam aliæ Quæstiones. Cap. XXI.

1 QVAERO † utrum cautio hæc impetrari possit à timente offendi uerbis? uidetur quòd sic: quoniam est eadem ratio, contra uidetur; quia circa diffamantem uerbis inuentum est remedium. l. diffamari. C. de ingen. & manumiss. & l. Titia. ff. de accusa. sed hoc arbitrio iudicis remitto, ut si ex præiudicio quòd imminet hanc interponi sibi

ſibi uideatur id faciat; caſum enim hunc prædicta remedia non tangunt; quia contra diffamantem dantur, non autem
2 contra eum, de quo timetur diffamatio, † fama autem hinc lædi poteſt, quæ grauior eſt qualibet pœna pecuniaria niſi in uilibus perſonis id contingat, ut per Dec. & Cagn. in l. ſi in duabus. ff. de reg. iu. fama enim ciuilis perſona eſt. l. 2. ff. de uariis & extraordi. cogni.

3 ¶ † Quæro pax ad tollendam hanc cautionem de non offendendo multum operatur, ſed à quibus haberi debet? diſtingue aut promiſſum eſt uni principali, & tunc eo uiuo ab eo petenda eſt cautionis remittendæ cauſa pax per ea, q̃ aliàs diximus, aut mortuus eſt, & quoad ipſum finita eſt cautio hæc, ut in §. diſponat. in Auth. de nuptiis prędict. requiréda eſt ergo pax ab iis, qui ratificarunt, niſi mortuus ſtipulatus fuerit ſe & hęredes non offendi; q̃a tunc ab hęredibus ut à principali uiuo pax petetur in quo ſeruanda ſunt ea omnia, quæ ponuntur per Doct. in ſtatuto ꝙ nemo rebanniatur, niſi habuerit pacé ab hęrede, de quibus in l. 4. §. Cato. ff. de uerb. obli. ubi Frã. Rip. col. pen. & fi. Fely. in c. oés. col. 10. de conſtit. Nellus de bannitis 3. par. 2. temp. & an à fœmina Georg. Natta in tract. quòd ſtantibus maſcul. 1. q. prin. nu. 23. & ipſe breuitatis cauſa mitto, aut promiſſum eſt pluribus principalibus, & tunc ab omnibus pax habéda eſt, uel à maiori parte iux. not. in d. §. Cato. ubi Rip. col. fi. & an ius faciédi pacem ſit hęreditarium, & quatenus committatur ſtipulatio non offendi ſe, & hæredes, uel per ſe, & hæredes uno contrafaciente, uide allegata per Ferret. in ti. de feriis. nu. 63. & ſeq. & ex ibi dictis notare potes quid dicendum, faciendumve ſit cum cautio habenda ſit ab hęredibus, & an ſufficiat habere pacem ab uno ex hæredibus, & an à filio qui abſtinuit ab hæreditate. Ferret. ubi ſupra. 96. mun. & quod ſufficiat pacé habere à maiori parte, nu. 134. & ibi quid ſi ſtatutum dicat pax habeatur ab hærede nõ ſufficit ſi habeatur ab offenſo, & pax quomodo fiat ex remiſſione in foro conſcientię. Marſ. ſing. 246. remiſſio, & quòd ſtatutum imponens pœnam non habenti pacem ab offenſo non habeat locum q̃n offenſus nõ ſuperſit Marſ. ſing. 339.

& an

& an sufficiat haberi pacem à filia ultra notata in d.§.Cato.uide in l.cum filio.ff.de leg.1.

4 ¶ †Quæro extra statutum an habentes inimicitias teneantur ad satisdandũ de non offendendo,& ꝙ securitas ab uno data ab alio data intelligatur, & quoad alium sit reciproca, quidam dedit hanc cautionem alius recusat id facere & & non põt cogi cum effectu dare hanc cautionem,qui uero eã dedit supplicat se liberari à data cautione,an sit audiendus? vr̃ ꝙ sic; quia nõ debet quis repetere id, quod dare tenetur.l.1.ff.de compẽsa. & not.in reg.cui damus.ff.de reg.iu.Contra tñ puto argu.nota.per Aymo.cons.179.col.fin. cons.230.& cons.242. & quia æqualitas est seruanda,iuxt.alleg.per Tiraq.de iure primogenit.q.4.¶ Sed quid si in casu prædicto qui dedit cautionem illam antequam ab alio daretur cautio illa cum effectu offendit aduersarium an teneatur? uidetur quòd sic;quia statutum habet cautionem il-
5 lam pro data.&†idẽ operatur fictio in casu ficto, quod ueritas in casu uero.l.filio quem pater. ff.de lib.& posthu.in præiudicium tertij. tamen vr̃ ꝙ cautio hæc locum non habeat gl.in c.quia circa. de priuileg. Tiraq. de retract. §.1. gl.10.nu.71.Eadem aptari possent ad casum; quo præcipitur quòd ueniatur ad cauendum sub tali pœna, aliàs cautio habebitur pro data ut diximus esse practicam ex l. cum postulassem.ff.de dam.infe.& uide quandoque dixi ualere bannum, quòd infra tantum temporis ueniatur ad cauendum,uel ad renouãdum securitates: aliàs habebuntur pro
6 renouatis,& facit: quia † factum iudicis habetur pro facto partis quãdo per partem stat quominus fiat,ut in l.Labeo. ff.de contra.empt.l.ult.C.de cond.inser.cum alleg.per Tiraq.de retra.§.15.gl.2.nu.7.ubi de materia.

SVMMARIVM.

1 *Qui ualde rixosus est potest cogi ad dandam cautionem de bene uiuendo.*

2 *Cautio de bene uiuendo,in quibus discrepet, & in quibus conueniat cum cautione de non offendendo.*

Non bene uiuit, qui alterum offendit.

Cautio

3 *Cautio de bene uiuendo importat ut malum non agatur, non ut bonum fiat.*

Non sufficit abstinere à malo, nisi fiat bonum.

Quis non compellitur ad faciendum bonum dummodo abstineat à malo.

4 *Abstinere à malo est, honestè uiuere, alterum non lædere, ius suũ unicuique tribuere.*

Furans, dans damnum proximo suo, egreditur terminos bene uiuendi.

5 *Cautio de bene uiuendo est fauorabilis; quia per eam occurritur fraudibus, & materiæ delinquendi.*

Libertas est inestemabilis.

6 *Qui dedit cautionem de bene uiuendo, potest cogi ad satisdandum de non offendendo, si Iudici ex causa uideatur.*

Nemo prohibetur pluribus defensionibus uti.

Rixosi uarijs remedijs cogi possunt, & cohiberi à delinquendo.

De cautione de bene uiuendo quædam. Cap. XXII.

INOLEVIT quędam consuetudo, & practica fundata in iudicis officio ex l. congruit. ff. de off. præsid. & ex l. æquissimum. ff. de usufruct. quòd
1 † ubi quis ualde rixosus est cogitur ad dandam cautionem de bene uiuendo, ut si sit in carceribus non antea dimittatur, quàm hanc cautionem dederit de bene ui-
2 uendo; sed † in quibus conuenit cum cautione de non offendendo, in quibusve ab ea discrepat? breuiter in hoc cõcordant: quia & ipsa ex iudicis officio pendet, & dari debet ad tempus, & perpetuo ut iudici uidebitur, cuius arbitrio stamus de causis licet grauiores in hac cautione de bene uiuendo requirantur, quia grauius quoq; quis restringitur, regulariter tamen in quibusdam habilibus facile esset admittere argumenta ab eis, quæ dicuntur in cautione de non offendendo. Cautio de beneuiuendo ut genus uidetur continere etiam cautionem non offendere; quia non bène uiuit qui alterum offendit. Item cautio de bene uiuendo ex noua causa nisi ea sit ualde probabilis excusationem quo-

minus frangatur non recipit, licet in cautione de non offendendo noua causa excusat uel iniusta, ut per Alex. consi. 115.col.pe.lib.4.& nos supradiximus.

3 ¶† Importare autem uidetur hæc cautio de bene uiuendo ut malum non agatur, non autem ut bonum licet, prima facie uerba sonare uideantur & bonum agi, quia licet non sufficiat abstinere à malo nisi fiat & bonum, tamen quis nõ compellitur ad faciendum bonum dummodo abstineat à malo, sec.glo.cogi.23.q.4.in c.nimium sunt inquieti, & iterum caus.ead.q.6.c.1.& seq.

4 ¶† Idq; in effectu uidetur esse seruare tria iuris pcepta hoc est honestè uiuere, alterum non lædere, suum unicuiq; tribuere, ut in §.iuris præcepta.insti.de iusti.& iu.& in l.1.ff. eo.tit.quamobrem.ludus recreationis gratia ex consuetudine uel lege uel ex aut.fi.C.de ale.lus.& aleat.non uidetur interdictus ut contraueniens cautionem frangat de bene uiuendo.at furari, damnũ dare ,pximo suo egredi vr̃ ter

5 minos bonæ uitæ. ¶ Prçterea aduertẽdum est, q̃† licet cautio de bene uiuendo uideri possit fauorabilis; quia per eã occurritur fraudibus, & materiæ delinquendi iuxt. no.per Bar.in l.quemadmodum.ff.de agri.& censi. in l.1.§.exercitum.ff.de his qni no.infa.tamen odiosa erit cum fuerit contracta; quia libertatem restringere vr̃, quæ inæstimabilis est l.libertas.ff.de reg.iu.Bal.in l.ea.C.quo.& quand.iud. Dec.in reg.nemo.ff.de reg.iu. & facit quia graue est aliquẽ onerare cautione.l.2.§.hoc.ff.de iudi.l.non usq;.ff.si quis à parent.fuer.man.Paris. cons.168..lib.4. ¶ Hic dubitari

6 potest† si quis dedit cautionem de bene uiuendo an per iudicem compelli possit ad dandum ulterius cautionem de non offendendo? uidetur quòd sic, si quidem iudici ex causa uideatur; fieri enim p̃t ut quis timeat iniuriam pati, quę non uenit in cautione de non offendendo iuxta ea, q̃ diximus aliàs, nemo.n.prohibetur pluribus defensionibus uti iux.no.in reg.nemo ex his q.ff.de reg.iu.Soz.in l. nemo ,p hibetur.ff.de exce. rixosiq; hmõi uariis remediis cõstringi possint & cohiberi à delinquendo iuxta id, q̃ alias diximus, & notata per Alex. & Franc. Rip.& alios in l. quod

iussit.ff. de re iudicat. Dubitari tamen potest an data hæc cautio de non offendendo tollatur per subsequentem datam de beneuiuendo, in quo multa dici possent. Et ad prædicta faciũt quòd iudex potest prohibere alicui ne ante domum alterius uadat ne ad rixam deueniant, ut per Doct. in d. l. quòd iussit, & per Silua. nupt. fol. 50. faciat auth. si ei quem. C. ad leg. Iul. de adulte.

SVMMARIVM.

1 *Bannitus post datam cautionem si conuenerit, nõ liberatur nec ipse, nec fideiussor à cautione data.*

2 *Fideiussores certæ quantitatis nõ mutantur ꝑ mutationẽ status.*
Ex delicto suo nemo præmium consequi debet.

3 *Cautio de non offendendo, non tollitur per bannum, quia est de iure communi: secus in obligatione, quæ ex statuto cõtrahitur.*

4 *Bannitus se defendens, & occidens, nõ frangit cautionem quia. Defensio est de iure naturali.*
Renũciari an possit statuto, quòd bãnitus impunè offẽdi possit.

5 *Bannitus qui impunè offendi potest, ut ex noua causa, et l permittente offendi potest citra timorem pœnæ, non ob. cautione.*

6 *Pacisci non licet quòd ille non offendatur, quem lex offendi permittit.*
Fides hosti priuato non est seruanda.

7 *Banniti non veniunt passiue in cautione de non offendendo. ut non liceat eos offendere, quando lex permittit, sed statuto id caueri potest.*
Rebellis de iure communi offendi potest impunè.
Rebelles qui sint.

8 *Bannitus quòd non ueniat in hac cautione in tantum uerum quòd etiam si interuenerit iuramentum de eo non offendẽdo, tamen contrauenirì potest.*

9 *Iudex si promisit absoluere reum dummodo confiteatur delictũ, non tenetur ei seruare fidem.*

10 *Limitationes ad regulam de offendendo bannitum. & nu. 11.*
Responsiones & limitationes ad multa quæ adduci possent contra regulam. supra nu. 1. nu. 12. 13. 14. 15.
Confiscatio bon. liberat fideiussorem.

Decla-

Declaratoria requiritur ut bona dicantur pubicata; quia per annotationem bon. non fit bon. confiscatio.

Bonorum adnotatio ibi fieri debet, ubi sequi debet confiscatio, siue publlicatio.

14 *Quælibet dispositio intelligitur rebus sic stantibus.*

15 *Promittens rapresentare non intelligitur si banniatur.*

16 *Iudex non potest dare saluum conductum bannito, ut fideiussor teneatur, si prius fideiussor non fuit in mora uel eius opera omnia facta fuerint s. bannum, uel condemnatio.*

Factum procuratum non prodest.

Cautela ne per bannum fideiussor liberetur.

17 *Fideiussor de representando quando liberetur per bannum, uel condemnationem eius, pro quo fideiussit.*

Præsentandus si aufugit è manibus officialium eum capere uolentium, fideiussor uidetur liberari.

18 *Cautela ne fideiussor habeat priuilegiũ l. Sãcimus. C. de fideiuss.*

19 *Fideiussor non tenetur repræsentare illum, quẽ appresentauit, & aufugit de carcere sed promiserit, quandocuque eum appresentare.*

Pomittens rappræsentare, & quòd inde non recedet, si appresentauit, & præsentatus cum non fuerit in carceribus detrusus, aufugit promissor non tenetur ultra a presentare.

20 *Fideiussor iurans appresentare aliquem non propterea dicitur renunciasse beneficio l. suntimus.*

Promittens rappresentare toties quoties, non liberatur rappresentando, bis, & nunquid obligetur ex noua causa?

21 *Fideiussor de rappresentando, si requisitus fuerit in mora, postea uoluerit purgare moram eum à præsentando, non excusatur à pœna, in quam incidit.*

22 *Fideiussio de repræsentando habet multa specialia, ut ibi.*

23 *Nemo præsumitur ex uerbis, ad alium finem inductis, uelle renunciare priuilegio suo, in corpore iuris inserto.*

24 *Principalis si promisit se præsentare toties quoties, quid seruandum in eo casu.*

25 *Differentia quando principalis promittit se repræsentare, et super hoc dat fideiussorem, sub pœna, & quando fideiussor promittit repræsentare simpliciter.*

26 *Promittens appresentare Titium infra viij.dies, non tenetur eũ appresentare infra d. tempus, nisi fuerit à iudice requisitus, et elapsis. viij. diebus, non tenetur representare, licet fuerit requisitus, quia tempus elapsum est. ratio ibi. 28.*

27 *Natura contra contractus, regulat obligationem.*

29 *Data cautione de se appresentando post duos menses finito officio, & postea fiat constitutio quòd finito officio, finita sit iurisdictio, cautio uidetur eneruata.*

Actus nullus nullum parit effectum.

30 *Banniti præsentes tam actiuè quàm passiuè, non uidentur comprehensi in fideiussione, quasi extra ecclesiam sint.*

31 *Bannitus licet ex statuto impunè offendi possit, tamen in cadauer bãniti sæuire non permittitur; quia hæres inde offenditur.*

Banniti quomodo veniant in cautione de se representando, & in cautione de non offendendo. Cap. XXIII.

1 VTRVM † bannitus post datam fideiussionem de non offendendo faciat quòd nec ipse nec fideiussor eiusdẽ ulterius teneatur licet bannitus contrauenerit? Non disputando articulum ad partes nõ puto nec principalem, nec fideiussorem liberari à cautione hac de non offendendo per tex. in l. 1. ubi Bald. & Paul. Castrens. C. de fideiuss. in l. capitis. eo. tit. in l. si debitori. ff. eo. in l. si uerò. ubi
2 Bald. ff. qui satisd. cog. ubi † fideiussores certæ quantitatis non mutari per mutationem status affirmauit. Nec in totum aliena est ratio quòd ex delicto suo nemo præmium
3 consequi debet. l. itaq; fullo. ff. de furt. & † cum obligatio hæc sit de iure communi non tollitur per bannum sec. magis comm. opin. Marant. in l. is potest, nu. 124. ff. de acqu. hære. unde secus uidetur in obligatione, quæ ex statuto cõ
4 trahitur. † Bannitus tamẽ se defendens & occidẽs nõ frangit cautionẽ; quia defensio est iuris naturalis. ad hęc Iulius Ferret. in tit. de feriis nu. 91. & ibi an renuntiari possit statuto ꝙ bannitus impunè offendi possit. ¶ Verum tamen est
5 quòd † bannitus, qui impunè offendi potest ut ex noua cau

sa.

sa & quasi lege permittente offendi potest citra timorem pœnæ, & q frangatur cautio de non offendendo, ut p Bar. Paul. Alex. & Ias. & alios alibi Com. in l. qui seruum. ff. de uer. obli. & dicam infra forsitan in quæstione an in cautione hac subintelligatur nisi lege pmittente fiat, quinimmo
6 †pacisci non licet, q offendere non liceat eum, quem lex permittit, ut per Bal. in l. pacisci. ff. de pactis Cor. cõs. 217. in fi. li. 1. & facit illorum ratio; quia fides hosti priuato nõ est seruanda, ut per Dec. & Cagn. in reg. ea est. ff. de reg. iu. Statuto tamen fieri potest quòd passiuè banniti comprehẽdantur in cautione hac de non offendendo, ut per Cęphalum
7 cons. 35. nu. 22. † passiuè ergo non ueniunt banniti in hac cautione ut eos non liceat offendere: quando lex id pmittit, ut per Bal. Cor. Cęphal. ubi supra. Are. §. si res legata. insti. de leg. Gozadi. cons. 61. & multomagis hęc uera sunt in rebellę, qui iure communi offendi potest Bar. in extraua. qui sint rebelles in uer. rebellando. Corneus consi. 93. lib. 3. Ruyn. cons. 4. li. 5. Bannitus uerò minimè nisi statuto id caueatur. l. fi. C. de maleficiis Ro. sing. 740. Albe. 4. p. statut. q. 16. Decius in l. ut uim. col. 2. ff. de iusti. & iur. & in huiusmodi statuto à fortiori ualere argumentum, Decius. cons. 65. quia principaliter factum est in fauorem reipublicæ, Bar. cons. 188. statuta, qui autem sint rebelles ponit Bar. in d. tract. in uerb. rebelles Corneus cons. 96. lib. 4. Decius cons. 544. Abb. cons. 108. placet. lib. 1. Iacob. à Sancto Georgio in tract. de feud. in uerbo cum mero, & ibi an inferiores possint facere rebelles.

8 ¶Et ampliatur ut † adeò bannitus non ueniat in hac cautione, q si addatur iuramentum de eo non offendendo tamen contraueniri possit, ut per Alex. in l. qui seruum. ff. de uer. obl. Iasonem in l. conuentionum. col. 1. ff. de pactis, cũ aliis allegatis per Marsil. sing. 252. sæpius. & in practica quam uti refert & in cons. 9. & facit opinio illorum qui dicunt q
9 † iudex qui promisit reum absoluere si is confiteretur non tenetur ei seruare fidem ut per Fely. in c. afferte. ex. de præsumpt. Marsi. in l. 1. §. quęstio. ff. de quęstio. Sing. 177. malitiis & latè scribitur per Deciũ & Cagn. in reg. ea est natura

ff.de reg.iu.ubi & ipse dixi.ad hæc uidenda sunt notata per Bar.in l.qui insulam.ff.de uerb.obli.

10 ¶Intelliguntur tamen hæc q† bannitus passiuè non ueniat in cautione de non offendendo, quoties bannitus ut diximus impunè poterat offendi; secus uerò si cum pœna, quia tunc secus est, in dubio autem permissio offensionis intelligitur sine pœna ut per Ferrettū in tit. De feriis nu.96.ubi alle.etiam Bar.in l.meminisse.ff.de relig.& sumpt.fun.qui

11 sint proprie banniti† Non procedunt quoque prædicta qñ offensio in bannitum esset permissa uni tantum, non autem uniuerso populo ut per Alex.in d. l. qui seruum.ff.de uer. obli.ubi materia & p Marsi.in d.sing.352.sæpius, per ea q̃ ibi allegantur. Debet tamen esse bānitus non supportatus. Item debet nō offendi extra territoriū à quo est bannitus. Item talis bannitus offendi debet.ex iustitiæ zelo non animo nõstro.ut per Cephal.de materia a cōs.5.nu.20. & seq.

¶Non obstat (ut reuertamur ad initium orationis nostræ, hoc est q promittens,nō offendi si post banniatur non eximitur ab obligatione)quædam,quę in contrarium allegari

12 possunt, Et† primo q res peruenit ad eum casum à quo incipere non potest. l. si pluribus.§.placeat.ff.de uer.obli.l. si debitori ff.de fideiusso. uidetur enim q non possit incipere cautio hęc à bannito, sed respōdetur q regula illa nō procedit quando dispositio recepisset effectum suum ut p Bal.& Ias.in d.§.si placeat.Tiraq.in tract.de cau.cessant limit.12.Hæcque uera sunt proculdubio in ipso principali, sed in comprehensis uidetur,q non ligent:quia dispositio intelligitur rebus sic stantibus ut in l.fi.ff.qui satisd.cog.ni

13 si fraus aliqua fiat. ¶Secundò non obstat q† confiscatione bonorum fideiussor liberatur.l.si debitori.ff. de fideiussor. Marsi in rub.de fideiuss. nu.346.l.in fraudem in prin.ff.de iure fisci.li.1.C.de fideiussoribus.& fit confusio obligationis l.si stichum.§.aditio. l.Vranius.ff. de fideiussoribus qa respondetur q procedit quando fiscus uellet habere hęreditatem banniti ut de filio dicimus; qa licet sit suus hæres ad sui commodum, tamen debet se immiscere hæreditati ut obligetur,iux.no.per omnes in l.si filius qui patri.ff.de lib.&

lib.& posthum.& ut dicantur bona publicata requiritur super hoc declaratoria; quia per adnotationem bonorum nõ fit eorum confiscatio iuxt.no.per Bar. in l. post contractũ. ff.de donation. Ioan. Platea in l. si uacantia. C. de bonis uacantibus. Et adnotatio bonorum ibi solum facienda est ubi sequi debet confiscatio bonorum, siue eorundem publicatio ut per Affli.in const.regni in tit.de pœna contumac.in causa crimi.faciunt notata per Cagnol.in reg. ea sola.ff.de regulis iuris & de annotatione bonorum quædam Bar.in l. 1.ff.de req. reis Ripa. resp.1. de req. reis Capicius decis. 100. Gramm.cons.52.

14 ¶Tertiò non obstat quòd †quælibet dispositio intelligitur rebus sic stantibus l.fi.ff.qui satisd. cogan. cumul Tiraq.in l.si unquam,in prin.C.de reuoc.don. quia non procedit in commodum delinquentis, uel delict. suo mutantis statum sec.no.per Bar.in q. Lucanæ ciuitatis.in l. quidam.§.si hæ res.ff.de leg. 1.l.licitatio.§.quod illicitè.ff. de publicanis, Hiero.Grat.cons.43.lib.2.

15 ¶Quartò non obstat q̃ †promittens repræsentare nõ intelligitur si banniatur ut per Alex.in l. si uno.ff qui satis.cog. Gandin. in tract. malefic.quia facta iudicis vñr non posse repræsentari,c.quanto.ex.de consangui. in l. si merces.§.si culpa.ff.locati. q̃ procedit etiam si nullam causam dedisset officialis coram quo repræsentari debet sec.Bar.in l.si uno Alex.cons.168.li.2.cons.84. li.6.Cor.cons.23. cons.238. li.2.Paris.cons 40.li.1.Gozadinus, cons. 20.Idem si factũ iudicis esset iustum sec.not. in d.§.si culpa. Bar. in l. si cotem.§.qui maximos.ff.de publicanis Anch.cons.414.uidetur enim tale factum loco culpę Rip.de peste fo.16.uer.secunda restrictio.Ioan. Platea in l.cum scimus.C. de agric. & censit.Cor.cons.12.lib.1.Alberic. de statutis q.64.& ad hæc uidenda est cautela Ferrarii 49. potestates terrarum, & quæ nouissimę scribuntur per consulentes recollectos in consiliis Domini Ziletti ultimo loco impressis ubi tangit maximum illud dictum Marsi. in rubrica dę fideiuss. q̃ ex citatione ad inquisitionem fiat res non integra & excusetur fideiussor de se repræsentandum.

16 ¶Item † iudici non prodest bannito uelle dare saluum conductum, ut fideiussor teneatur si prius fideiussor nō fuisset in mora sec. Gandi. in tracta. de malefi. ubi alleg. l. sedet si quis. §. rei capitalis. ff. qui satis. cog. l si fideiussor. in fin. ff. qui satis. cog. Bar. in l. si uerò. in prin. ff. eod. ti. limit. tamen hoc dictum ubi fideiussor fuisset in mora. Item ubi fideiussoris opera prædicta facta fuissent per l. si uerò. ubi Bar. ff. qui satis. cog. quia factum procuratum non prodest. l. quæ omnia. ff. de procura. cum similib.

Et datur cautela ne per bannum fideiussor liberetur, ut antequàm banniatur fideiussor citetur ad repræsentandū, & ita constituatur in mora uel bona non publicentur, quā tunc bannito uidetur reseruata facultas adhuc se repræsentandi iuxta notata per Bar. in d. l. si uerò ad fi. ff. qui satisd.
17 cog. ex quo timor ex sola inquisitione non prodest, & † an & quando fideiussor dē repræsentando liberetur per bannum, uel condemnationem repræsentandi (distingue) aut bānitus est propter eandē causam de qua est fideiussum, & tūc nullo modo per bannū liberatur. l. capitis. ff. de fideiussor. gl. in l. si uerò. ff. qui satisd. cog. in l. sed & si quis. ī prin. ff. si qs cauti. in l. 2. de rest. reo. Spec. de accu. §. sequitur; q͂a nunc iudex non est impedimento. aut ex alia causa, & tunc aut pendet processus nec secuta est condemnatio, & non liberatur d. l. sed si quis. §. 1. ubi Castr. aut est condemnatus, uel bannitus, & excusatur. d. l. sed & si quis, nisi hoc fideiussor procurasset, uel mora sua interuenisset sec. Bar. in d. l. si uerò, planè si dum curia it ad capiendum præsentandum is aufugit uidetur fideiussor liberari.
18 ¶ Et † nota quòd ad hoc ut fideiussor de repręsentando nō habeat priuileginm. l. sancimus. C. de fideiussorib. Cautela est q̃ iudex faciat ei renunciari, ut declarat Bar. in l. si qs.
19 ff. de cust. reor. & † fideiussor qui præsentauit illum, q post de carcere aufugit, licet promiserit repræsentare quandocunque non tenetur amplius Bald. in l. qui crimen. C. qui accus. poss. q̃ si uerum est idem dicetur in eo, qui promisit repræsentare, & q̃ inde nō recedet si pręsentauit & præsentatus cum non fuerit in carceribus detrusus posteà aufugerit.

20 rit. † Et fideiussor iurans repræsentare aliquem non propterea dr̃ renũciasse beneficio.d.l.sancimus. ut per Rip.in l.insulã.de uerb.obli.licet ex clausula promitto repræsentare toties quoties qui non liberetur repræsentando bis secundum comm.opi.quidquid dixerit Castren. ut dicam tñ ex noua causa nõ magis intelligitur, quàm sit de iure.& ita uidi consultum per clarissimum Iurecõsultum in casu quo promissum fuerat repræsentare ẽt ex noua causa, & hoc q.a hmõi fideiussiones dicebat recipere interpretationem à iure communi iuxt.l.2.C.de noxalibus. Dubium autem fieri potest utrum promittens repræsentare toties,quoties intelligatur ẽt obligari ex noua causa, ut per Cuma. cõs.32. inculpatus de. si dicat ex antiqua cã id facere ei creditur iurando Foller.in pract.& quo ad saluum conductum.

21 ¶ Quod† si fideiussor de repræsentãdo,requisitus & in mora constitutus nunc uellet purgare moram suam, & præsentare,non excusaretur à pœna in quam incidisset, secus uerò si non incidisset,licet post moram Gram. decis.95.cons. 66.Rom.cons.193.Follerius in pract.mihi char.32.par.2. saluis tamen terminis.l.sancimus. C.de fideiuss.nisi ei fuerit renunciatum, cui nõ uidetur renunciatum tacitè ex uerbis de repræsentando toties,quoties.

22 ¶ †Fideiussio de repræsentando ultra ꝑdicta habet quædã specialia.primò ꝙ contractus celebretur in scriptis. l.pen. C.de fideiussorib. & quo modo in scriptis celebretur contractus ponitur in l.contractus.C.de fid.instru. & per Dec. cons.340. Secundò quòd illud,quod dicitur in d. l.pen.de duobus mensibus uerum est,licet dicatur toties quoties ꝓ
23 mitto repręsentare: quia† nemo præsumitur ex uerbis ad alium finem inductis priuilegio suo in corpore iuris inserto uelle renunciare. Tertiò:quia si non dicatur toties quoties intelligitur de prima uice.gl.singularis in l.duobus.§. si ei.ff.de iureiur.ubi Castr. Alex.cons.16. breuiter.lib.4. Quartò; quia sex menses debent dari ad repræsentandum, ut in d.l.antepen. C.de fideiusso.Maran. de ordin.iudicio. 8.memb.nume.186.& d.l. antepen. procedit etiam in criminalibus,ut Alberi.scribit in d. l.antepen. Quintò: quia finitur

finitur per morté,ut p Doc.in l.4.ff.qui satis cog.quinimo etiam per exilium secundum Alberi. in l.4. §.fi. ff.qui satis.cog.ubi Ias.Signo.Homod.cons.118.col.2. æquiparari enim uidentur in hoc mors ciuilis,& mors naturalis.

24 ¶ Sed hæc uera sunt in fideiussore. † sed quid dicendum est in ipso principali qui promisit se repræsentare toties quoties? uidetur ꝙ seruandi sint termini tituli. ff si quis cautionibus,& nota ꝙ ita fideiussor vr̃ priuari priuilegio. d.l.sancimus.C.de fideiuss.quia si principalis promittit re repræsentare sub tali pœna,& dat talem in fideiussorem, fideius-

25 sor conuenietur ad pœnam † ut sit differentia an principalis ꝓmittat se repræsentare,& in euentũ contrafactionis ꝓmittit pœnã de quo det fideiussoré, an fideiussor ꝓmittat simplr repræsentare,sed & hoc casu nõ hẽt remediũ.d.l.sãcimus.C de fideius.ut scribit Frã.Rip.in l.mora.ff.sol.mat. ad hæc uide not.per Maran.de ordi.iud.in tit.de satisd.

26 ¶ † Non prætermitto tamen præterea pulcherrimum casum hoc est ꝙ si promisi repræsentare Titium intra octo dies non teneor eundẽ repræsentare nisi à iudice interim requisitus fuerim illum repræsentare ut si elapsis octo diebus requirar non tenear: quia tẽpus elapsum est ex eo aũt ꝙ intra octo dies non repræsentaui non tenear; quia non fui requisitus sec. Pau.Cast.cons.100.vr̃.par.2.quẽ sequit̃. Fel.in c.fin aũt col.fi.ex.de rescrip. Dec.cons.145.q̃ritur. col.fi licet dicat eandẽ doctrinã forsitan non esse uerã scribit Fran.Rip.in l.4.§.hoc autem.col.2.ff.de dam.infec.declarando id secundum mentem Pauli quando id temporis fuisset inductum causa finiendæ obligationis.

¶ Pauli quoque opinio uera non uidetur si promissum fuerit conditionaliter promitto repræsentare intra octo dies, & si non præsentauero promitto tot;quia conditio ex uer-

27 bis extitisse uidetur, nisi dicamus † naturam contractus re

28 gulare obligationem † Tempus aũt hmõi in dubio finiẽdę obligationis appositum uidetur non accelerandę. ad hæc

29 uide Marant. ubi supra. † Si data sic cautio de repræsentando post duos menses finito officio , & post fiat cõstitutio ꝙ finito officio finita sit iurisdictio cautio uidetur eneruata.

arg.

arg.nota.in l.pacta nouissima. C.de pactis.

¶Hæc latius propterea scripsi ad eluendum argumentum factum de cautione de se repræsentando ad cautionem de non offendendo, ut ostenderem multas habere differentias cautiones hmõi, uel dicendum est q ea est ratio diuersitatis inter casum & casum; quia promittens repræsentare nõ deliquit, sed præsentandus, at in cautione de non offendendo ipse principalis, qm̃ incomprehensus cõcordant hę cautiones secundum illud, quod supradiximus. Quæ uerò de bannitis diximus intelliguntur de ualide bannitis; quia aliàs actus nullus nullũ parit effectum, ut de his latissimè scribit Vantius egregius perscrutator nullitatum in titu. quoties & intra quæ tempo.

30 ¶†Præsentes autem banniti tam actiuę quàm passiuè non uidentur compræhendi in fideiussione, quinimo nec ,p eis fideiubendum quasi ij extra ecclesiam sint, ut in c. gaudemus.ex.de diuortiis, & faciunt notata per Iul. Ferret, in ti. de feriis ubi quædam de materia.

31 ¶† Licet aũt ex statuto bannitũ offendere possimus, tñ id adeò uerum non est, ut & in banniti cadauer nobis sæuire permittatur; quia hæres inde offenditur quoque, ut per Cagn.in reg.non licet.ff.de reg.iu.& alias dixi.

SVMMARIVM.

1 *Fideiussor de nõ offendẽdo potest se obligare in plus quàm principalis, ut ex promissor, non autem ut fideiussor.*

2 *Fideiussor qui se obligauit in maiorẽ summã, quàm principalis; non tenetur neque ad illam summam ad quam principalis.*

3 *Quidam promisit non offendere facto tantum, & in personam, & insultauit personam cum armis, & fortasse perforauit uestem, aut thoracem, aut scutum, an dicatur fregisse pacem de non offendendo.*

Vrtans cum cubito non dicitur frangere cautionem.

Tactus uestimentorum, non dicitur offensio in personam.

Insultatus cum armis, non dicitur offensus in personam.

4 *Differentia inter iniuriã personalem, et iniuriam in personam.*

5 *Dictio iniuncta ablatiuo, uel accusatiuo, denotat intrinsicitatẽ.*

Scissio

Scissio uestium est facere iniuriam personæ, non in personam.
Offensio in personam, quæ dicatur secundum quosdam. 6. 7. 8.
9 *Offensio in materia quòd sit noua causa, quæ intelligatur.*
10 *Statuto permittente quem posse offendi, quid ueniat.*
11 *Cautio de non offendendo facto tantum, intelligitur ut non fiat offensio neque uerbis, neque in iure.*
12 *Promittens de suo facto, dato, & cesso tantum intelligitur promittere de facto prædecessoris sui, & hæredis.*
Offensus quis dicitur facto, qui impulsus ad lapidem collusit.
Qui promisit defendere an intelligatur de iure, uel de facto, ibi remiss.

Fideiussor, an vltra quàm principalis obligari possit, promissio facto tantum, & in personam, quomodo intelligatur. Cap. XXIIII.

VTRVM † fideiussor de non offendendo in plus
1 obligari possit quàm principalis ipse? dic quòd ut ex promissor obligari potest in plus, quã ipse principalis, non autem ut fideiussor sec. Ang. & Imo. in l. sicut. ff. de fideiussor Bar. in l. grecæ. §. illud. ff. de fideiussorib. faciunt not. per Paris. cons. 110. col. 8. li. 1. Item quando iurat uel fideiubet omni meliori modo in summa, in quam principalis ipse obligatur sec. Alex. cõs. 32. in causa. lib. 1. Dec. in reg. in eo. nu. 13. ff. de reg. iu. Idem dicendum est si fideiubeatur in minorem summam, quàm principalis. l. hactenus. §. fin. ff. de constit. pecun. Bart. in d. §. illud. Dec. in d. reg. ĩ eo, & est notandũ quòd † fideiussor qui
2 in maiorẽ summam se obligauit ne in illam quidẽ obligatur in quã principalis ipse teneretur d. §. illud. in uerb. omnimodo, & est comm. opinio quam tenuit Roma. cons. 66. uir eximie Doct. in d. §. illud, & in l. 1. §. si stipulanti. ff. de uerb. oblig. & in d. reg. in eo, ubi Cagnol. de communi. ff. de reg. iu. unde si principalis nihil promisisset non teneretur, sed hodie dicitur ꝓmisit ut principalis, & insolidũ cũ renũciatione beneficii de duobus reis, & de fideiussoribus & cum iuramento, & in obligatione Camerali uidetur ex uerbis

uerbis promisit de principali absolute se obligare quod sensisse uidetur Gallesius in eo tractatu.

3 ¶Quęro † quidam promisit nō offendere facto tm̄, & in ꝑsonā insultauit personā cū armis, sed non attigit, uel tangitur uestis, & fortasse ēt perforatur. Idem dicam in thorace, uel scuto, utrum frangatur cautio de nō offendendo? quod non probat Paris. cons. 165. lib. 4. ubi per urtatam cubitalē non frangi cautionē de non offendendo scribit. idē probat Mars. cons. 80. & non dicitur offensio in personam tactis uestimentis. l. sed est quæstionis. in prin. ff. de iniuriis. l. 1. §. hæc aūt. ff. de his qui deie. uel effu. & ita de insultato cū armis scribit Dec. cons. 406. licet ibi Bald. in locis, de quibus

4 ibi † facit differentiam inter iniuriam personalem, & in ꝑsonam ut iniuria in personam requirat ꝙ persona tāgatur & corpus percutiatur, ut scribit Bal. in l. si quis per calum-

5 niam. col. 1. C. de episc. & cle. quia † dictio iniuncta ablatiuo uel accusatiuo significat intrinsicitatem secundum Bal. in d. l. si quis per calumniam. col. 1. & in rub. ff. sol. mat. & Guid. Pap. decis. 138. nu. 3. dicit ꝙ scindere uestes est face

6 re iniuriam personæ, non autem in personam, & sunt † qui dicant offensam in personam solum esse quando offensio fieret cum dolore, tumore, liuore, sanguine, siue super uestibus fiat, siue super carne, ne si super pannis quis bastonetur ex eo, quòd caro non tangatur eundem non offendi dicamus. faciunt ad hæc not. per eundem Bal. in d. l. si quis ꝑ calumniā; namq; id, quod dicitur in l. item apud. §. uerberasse. ff. de iniuriis in aliis uerbis intelligitur, quàm offendere. & uidetur eādem sententiā tenuisse. Benin. decis. 65.

7 in decisione nu. 18. ubi dicit † ꝙ promissio de non offendendo in personam tantum, non intelligitur de securitate in eos, & iniuria in personam alleg. Cun. in d. l. si quis per ca-

8 lumniam, & alios in §. ꝙ illicite. ¶Non ignoro tamen † Innocen. in c. nuper. de sent. excommu. ubi Ancharan. dixisse quòd ut dicatur quis offensus in personam requiritur quòd tangatur res cohærens personæ ut pili, capilli, ungues, & sequitur Bertrandus consil. 274. colum. fina. lib. 1. quod si uerum est uidendum est ne fiat fraus legi.

ad

ad hęc fac. l. si quis seruum. §. rupisse. ff. ad leg. Aquil. Hæc multomagis uera erunt in duello, in quo offensio facta nõ frangit cautionem, ut uidetur probare tex. in tit. de pac. tenend. §. si quis aliam.

9 ¶† Offensam quoq; in alia materia & in materia quòd sit noua causa intelligitur quidquid ad iracundiam mouet ut per Bar. in l. licitatio. §. quod illicite. ff. de publican. in l. 1. ff. de his ut indign. in l. quidã cum filium. ff. de hæred. insti. ubi dixit offensam illam esse, quæ pœnam meretur, his adde Ias. in l. cum te. C. de inoffic. testam. & no. per Paris. consil. 165. col. 1. & fin. li. 4. & offensam esse in materia ad nouam causam quicquid ad iracundiam moueat Soz. iu. cons. 103. col. 2. lib. 3. Bar. in l. cum te. C. de transactionib. Flori. in l. 1. §. hæc autem. ff. de his qui diece. uel effuder. Salyc. in l. filia. 2. C. de inoffic. testa. Roman. in pac. cons. 183. & in supradictis locis habebis quid sit offensa q̃d offensa in ꝑ

11 sonã ꝑsertim per Bar. in d. §. quod illicitè, & † q̃d ueniat quãdo statuto permittitur offendi, uide per Castren. in l. binas. ff. de seruit. urb. prædio.

11 ¶ Quæro quotidie dicimus † promisit non offendere facto tantum & in personam uerbo facto tantum quid importét? certè factum aduersatur iuri. l. triticum. ff. de uerb. obliga. & dixi in epistolis meis, & dicimus de eo, qui promisit nõ molestare intelligitur de facto nõ de iure iuxt. not. ꝑ Bar. in §. pen. l. Lucius. ff. ad Trebellian. & Bal. in l. 1. C. de his quib. ut indig. factum quoq; aduersatur uerbis iuxt. l. 1. §. 1. ff. de iniuriis. quare uerba facto tantum &c. intelligen-

12 tur ut de iure, & uerbis offensio non intelligitur. ¶† Promittens de suo facto dato, & cesso tantum intelligitur pro mittere de facto prędecessoris sui, item hæredis. ut latè cõ probat Marsil. sing. 656. uenditor. & est communis opin. ut testatur Boerius decis. 67. ubi limit. ad hæc Ias. in l. stipulatio ista. §. 1. ff. de uerb. obliga. Alex. consi. 18. col. fi. lib. 5. Dec. consi. 213. consi. 281. cõs. 492. Alcia. in l. si cum fundus. ff. de uerb. signifi. & de singulari successore Ripa in l. 1. §. si hæres. ff. ad Trebellian. Eueral. in loco à dictione taxatiua. Crem. sing. 31. sing. 157. Bal. cons. 168. Titius lib. 1.

Tiraq.

Tiraq.de retra.§.1. glo.6.nu.5.& mulcta ad hæc alleg. per Dec.& Cagno.in regu.hęredē.ff.reg.iu.& facto dicitur offensus ille, qui impulsus ad lapidē collisit quidquid dicatur in l.1.ff.si cert.peta. & per Ias.in l.non dubium C.de legib. & qui promisit defendere utrum de iure an de facto dicatur promisisse scribitur per Deci. & Cagn. in reg. non uidetur defendere.ff.de reg.iu.

SVMMARIVM.

1 *Promissio simplex de non offendendo intelligitur in personam. Offensio est quidquid ad iracundiam mouet.*

2 *Per furtum uel aliam patrimonij diminutionē cautio hec nō frāgitur, nec per accusationem, & minus per testificationem.*

3 *Pupillus potest petere cautionem de non offendendo cum authoritate tutoris, uel curatoris, uel iud. & si est doli capax, potest facere pacem. 4.5.*

6 *Differentia inter offendere personam, & personaliter. 7.8.9.*

10 *cautio de non offendendo, per quæ non rumpatur, cum lim. ibi, usque in fi. cap.*

Non offendere an in personam intelligatur? an pupillus petat hāc cautionem, & an rumpatur per urtatam cubitalem. Cap. XXV.

1 PROMISSVM † est simpliciter nō offendere nec dictum est inpersonam utrum intelligatur in bona, in honorem, an in personā & quomodo? uideretur quòd offensio esset quidquid ad iracundiam mouet, iuxt. not. per Bart. in l. quidam cum filiū. ff.de hæred.instit. Bar.in l. citatio.§. quod illicitè.ff.de publican. ubi apost & supra scripsi. ¶ Contra tamen tenet Stephan.Bertran.cons.274.col.fi.lib.1. & Paulus Castrensis in d.l.licitatio.§.qđ illicitè.ff.de publica.hoc est quòd promissio intelligatur in personam, & ex hoc dico quòd licet pactum transeat in hæredem ut scribitur in l. in omnibus, & in l.hæredem.ff.de reg.iu. etiam in materia pœnali sec.

sec.Ang.conf.326.ex themate.cum alleg. per Tiraq.de re tra.conuent.§.1. glo.6.nu.27. tamen non ita obseruabitur in cautione nostra; quia in personam concipitur, & ex his
2 multomagis apparebit q† per furtum aliamve patrimonii diminutionem cautio hęc non frangetur licet in pace secus sit secundum quosdam,ut per Alex. conf.113. lib.2.Ferret tum in tit.de feriis nu.78.ubi quoque nu.95.quòd non frãgitur cautio hæc per accusationem, & nu.186. & minus ex testificatione ut nu. 189. & ibidem quid in aduocatione licet hæc sint in causa ad offendendum.
3 ¶†Quæro utrum pupillus petere possit cautionem de non offendendo? uidetur quòd sic cum authoritate curatoris, uel tutoris; quia à pupillo & pax fieri potest cum authoritate tutoris Speculat.in tit.de homic.uer.illud autem, ubi Bal.& in tit.de iniuriis.§.2.uer.quid iuris Bal. in l.1.ad fi.
4 C.de in integ.resti.& quid si non habet curatorem an† cum authoritate iudicis Bal. in l.pactum curatoris.C. de pact. ubi Decius & Iason Castrens. in l.tutoris. ff. de pactis, &
5 quòd† pupillus doli capax possit facere pacem Abbas consi.108.illud in effectu,li.2.Bonif.Vitalin.in tract. de pace nu.13.faciunt no.in l.promittendo.ff.de iure dotium Dec. conf.302.col.fi.in l.pupillus.ff.de reg.iu. & de materia Tiraq.de retra.§.1.gl.13.nu.13.& q omnes à decimooctauo anno usque ad septuagesimum teneantur seruare pacẽ ex constitutione Federici scribit Iulius Ferrettus in tit. de feriis nume.174.
6 ¶Quæro inter offendere personam,in personam, & personaliter quæ est differentia? Bal.in l.si quis per calumniam col.1.C.de episco.& cle.Bar. in l.licitatio.§.quod illicitè. ff.de publi.cum alle.per Decium in conf.406.licet dicatur
7 q†offensio in personam dicitur quando tangitur persona ut caro,uel res cohærentes carni inseparabiliter ut capilli,
8 pilive,†personaliter uerò quando tangitur res personæ co
9 hærẽs separabiliter ut uestes sunt. †Personæ uerò offensio fit etiam per iniuriam non tacta carne,ad hæc Innocentius in c.nuper.ex.de sen.excõ.conf.274.lib.1.Bar.in l.1.§.hęc autem.ff.de his qui deie.uel effud.Guid. Pap.decis.138.camera

mera.& in personã offendi propriè putauit Veronens. cõs. 48.inter ciuilia.col.2.quando offenditur persona lædẽdo, uel diminuendo,& alleg.tex.in tit. de noua forma fidelit. ibi recipias in personam.in usib.feud.

10 ¶ † Quæro utrum cautio de nõ offendendo in personã rumpatur per urtatam cubitalem? quòd nõ; quia est modica læsio. scribit Paris. cons.165.per tot.lib.1. & ita non rumpetur per admenationẽ cum armis uel bastono, fustibus, iactu guanti, lapides, uel ligni, item per assistentiam cam armis, item per consputationem in faciem uel per tractum de loco ad locum ut diximus de raptu, item nec per leuationem manuum licet contra faciat.l.item apud.§.si quis.ff. de iniurijs And.Sicul.cons.xj.col.6.li.4.¶ Planè si per urtatam quis proiiceretur in Flumen, uel ad lapidẽ collideretur, uel aliter non modicum dolorem pateretur; secus dicendum esset ut in §.fin.instit.ad leg.Aq.idem si ita retineretur ut in flumine forsitan ut pœnè periret ut in l.itẽ si.ff. eo.tit.Idem dicam si uenenum alicui datum fuerit, uel alicui mala potio subministrata proponatur.

SVMMARIVM.

1 *Qui promisit non offendere per se, mandauit ut offenderetur, per hoc fracta non dicitur cautio, ratio ibi.2 13.*

2 *Materia cautionis, de non offendendo est odiosa ideo strictè, & propriè intelligenda.*

3 *Non dicitur propriè fecisse, qui per alium fecit.*

4 *Mandans non tenetur pœna, de qua mandatarius, si is forsan teneatur ex cautione.*

Mandatum in casu prædicto non est noua causa, ne detur materia calumniandi.

Dicta de mandato, uerificantur in assistente, & præstante opẽ.

5 *Duo requirũtur ut mãdãs propriẽ fecisse dicatur, ibi remissiuè.*

6 *Per tactum, uel percussionem uestimentorum, & similia, de quibus ibi an rumpatur cautio? & limit.ibi.7.*

8 *Iniuria infertur in personam, ex tacto, & scissura uestimentorum, & ex retentione equi per frenum.*

9 Iudicis arbitrio relinquitur ex peritorum inspectione cognoscere qualis sit offensa facta.

10 Ex modica siue leui offensione, licet carne fracta, uel cute, cautio non rumpitur. ratio ibi.

Leuis offensio non dicitur offensio.

Leue vulnusculum non dicitur uulnus.

11 Ex unica percussione in spatulis, siue sanguinis effusione, non frangitur cautio de non offendendo.

Pax non rumpitur per leuem offensam.

12 Minima non comprehenduntur in exorbitãtibus odiosis, & contra ius commune.

13 Iudex ex officio arbitratur quæ sit leuis offensa.

14 Pax facilius rumpitur, quàm cautio de non offendendo.

Pax ex minis rumpitur.

Cautio de non offendendo si in personam offendatur, rumpitur.

Qui dedit causam rixæ tenetur de pace rupta, si in personam offenderit.

Mandans, assistens, opem ferens, quomodo teneatur hac cautione? & an ex modica læsione, cautio hæc frangatur? Cap. XXVI.

1 QVAERO † ille, qui promisit non offendere per se mandauit ut offenderetur utrum fracta sit cautio de
2 nõ offendendo? certè † materia hæc odiosa est pro
3 ptereaque strictè intelligenda & propriè ut † nõ dicatur fecisse. qui per alium fecit propriè itaque non dicatur contrauenisse arg. l.1.§.deiecisse.ff.de ui & ui ar. Felyn. in cap. licet ex quadam.ex.de testibus Dec. cons. 604.l. fin.const. posseff.2.par.nu.7.quare cõmuniter in cautionibus huiusmodi hodie apponi consueuit quòd promittitur non offendi per se, uel per alium.

4 ¶ Vnde notandum esse puto † mandantem non teneri pœna de qua mandatarius si is ex cautione forsitan teneretur, faciunt not. p Bar. in l. is qui opem.ff.de furtis. Paris. cõs.166. li.4.& adde q mãdatũ supradicto i casu nõ est noua causa ne detur

ne detur materia calumniandi, & quę dixi de mandato uera sunt in ꝓstante opem, & in absistente licet cõtra scribat Foller.in pract.fol.361.post Corn. cons.8.lib.3. hoc est ꝙ opitulans,uel assistens frangenti cautionẽ eadẽ teneat̃ pœna nisi de pęna iuris cõis,non aũt cõuentionali,uel statutaria interpretemur,ad hæc Mars.cons.39. Ferre.in tit.de feriis. nu.62.& nu.217.Bal.in l.adeo.ff.de his qui not.infa.

5 ¶†Et ut mandans propriè fecisse dicatur requiruntur duo. Corn.cons.249.licet.lib.1.cons.69.li.3. Alex.cons.65.uisa.lib.4.Dec.in l.si quis id quod.ff.de iuris.om.iudi.in reg. is damnum.ff.de reg.iu. Fely.in c.mulieres.de sent.excommu.Cur.iun.in l.3.ff.quod quisque iuris.

6 ¶Quæro†utrum per tactum, percussionemve uestimentorum uel armorum defensiuorum sicut Galeæ sine dolore tamen percussi licet scissum sit carne non tracta cum dolore rumpatur cautio de non offendendo? ex his quæ supra aliàs scripsi uidetur ꝙ ex prædictis non rumpatur hæc cautio:quia est sine dolore,liuore, tumore,sanguine,cutis scissione,& faciunt no.per Mars.cons.80.no. per Inn.in c.nuper.ex.de sent.excom.facit l.1.§.hęc aũt.ff.de his qui deie.

7 uel effu.l.sed est quæstionis.in prin.ff. de iniuriis, uerũ† si Galea carnem cum dolore repercuteret cautio frangeretur,ut in percusso sagitta, fuste, & huiusmodi faciunt not. per Bal.in l.adeò.ff.de his qui not.infam.in contrarium tamen faciunt notata per Bal.& Alex.in l.Gallus.§.ille ca-

8 sus.ff.de li.& posthu.ubi † infertur iniuria in personam ex tactu & scissura uestimentorum,nec non ex retẽtione equi per frenum.Sed hi de iniuria in personã, quæ ius respicit, nos uero de offensa quæ magis factum.

9 ¶†An autem quid fiat cum liuore,uel tumore,uel sanguine,uel cutis scissione probatur ex inspectione peritorum, Testium huiusmodique argumentis æquè.an cum dolore ex clamoribus,ex qualitate percussionis,quãtitate instrumenti conditione percutientis & percussi & huiusmodi, quæ cum iure considerata non fuerint in specie arbitrio iudicis,relinquo iux.l.1.ff.de iure delibe.

10 ¶ His proximum est quærere † utrum ex modica, siue ex

leui offensione licet id fiat modice carne,cute ve fracta cautio hæc rumpatur? quòd non facit: quia leuis offensio non dicitur offensio, ut leue uulnusculum non dicatur uulnus secundum Bal.in l.si prędium.col.2.q.4. C.de ædil.act.& est tex.in l.1.§.perinde ff.de ædil.edict. idem Bal.in cap. cum adeò.col.2.ante fin.ex.de rescriptis. glo.in c.cum illorum.ext de sent.excommu. in uerb.sanguinis effusione. Barba.cons.74.col.2.in prin.li.4.Ias.in l.sciendum. col.7. ff.de uerb.obli.Mars.sing.276. Anto.Sic.in tract de mini-
11 mis,& probat Marsi.consil.80.qui cuncta,ubi uoluit † non frangi fideiussionem de non ostendendo ex unica percussione in spatulis sine sanguinis effusione, & cautionem de nō offendendo cum armis,uel sine quoquomodo directè, uel indirectè per urtatam cubito nō rumpi scribit Cardinalis Paris cons.165.lib.4.ubi allegat Bal.consil.58. col.4.li.1. & mihi est cons.195.laudari.lib.2. ubi uoluit quòd per leuem offensam non rumpatur pax, & magis facit Lapus alleg.76.quidam presbyter ubi uoluit de leui offensa percutientem presbyterum per episcopum absolui posse. iuxt.
12 c.peruenit.ex.de sent.excommu.& facit quia † in exorbitantibus,odiosis,& contra ius commune minima non comprehenduntur sec. Anto.Sic.in d.tract.de minimis,in fi.facit bon.tex.in l.1.ad fi.ff.de adim.leg. Dec.in c.de appellatione.col.pen ex.de appel. Alexan.consi.105. in fin.lib.1.
13 † quæ autē sit leuis offensa iudex ex officio arbitrabitur. §.atrox.instit.de iniurijs.
14 ¶ Ex his notare licet quòd † facilius rumpitur pax, quàm cautio de non offendendo, ut sunt qui dicant ex minis pacem rumpi sec. Ang.in l.si cum exceptione.§.satis.ff.quod met.caus.Marsi.in pract.§.expedite.col.1.Mars. sing.337. in l.1.col. 10. ff. de quæstio. Paris.consil.165. col.1.lib.4. cautio uerò de non offendendo, ita demum si in personam offendatur.item ille,qui dedit causam rixæ tenetur de pace rupta, ut ex Ang.Paris.scribit d.cons.165.Sed is nisi in personam offenderit non tenetur & alius æquè liberatur; quia ex noua causa. ad hæc Marsil. in d.l. 1. col. 10. & d.sing.337.

SVM-

SVMMARIVM.

1 Cautio de non offendendo facto tantum & in personã, an rũpatur? si quis percusserit in pectore, pugno, manu uacua, uel aperta? quòd non nu. 8. & usq; per 6. cartas. ubi quàmplurima congerit pro hac opi. sub hoc signo 4. & in hac materia usque ad satietatem.
2 Pugnus iniuria personalis uidetur.
3 Persona ubi p̃sonaliter tãgitur, iniuria in personã existimatur.
4 Vbicunq; tangitur persona, uel res cohærens personæ animo offendendi dicitur offensa personalis.
5 Iniuria fit aut re, aut uerbo, re cum manus inferuntur in corpus, & fit cum quis pulsatur.
6 Pugno qui dicitur cædi, & pulsari, non uerberari.
7 Verberari, est cum dolore, pulsari sine dolore.
9 Leuis offensa, non iudicatur offensa ita ut pœna ordinaria, & statuta puniendus sit.
10 Vulnusculum modicum, nullum habet in se delictum.
11 Statutum dispõnẽs quòd Syndici teneantur denunciare percussiones sanguinolẽtas, ubi est leuissima cutis scissura denũciatio faciẽda nõ est, quia leuis scissura et cicatrix nõ dicitur vulnus.
12 Pro vulnere illato in platea, si imposita esset pœna manus, pro vulnusculo non imponeretur tam atrox pœna.
Modica alteratio, non denominatur infirmitas.
Modica & minima non curantur.
13 Statutum si disponat, quòd qui extraxerit sanguinem alicui in palatio, puniatur pœna manus, non intelligitur de illo qui percussit aliquem in naso, ex quo aliquantulum sanguinis exiuit.
14 Statuta debent intelligi, & interpretari humanè.
15 Statutum loquens de vulnere cum sanguinis effusione, non habet locum, si modicum cruoris effundatur.
16 Qui modicum lædit, cum modica effusione sanguinis, non dicitur effundere sanguinem.
Modicum, & nihil, æquiparantur.
Qui parum transgreditur, non uituperatur.
17 Leuis offensa non intelligitur deducta in stipulatione.
18 Stante pace, & promissione generali, & simplici de non offen-

dendo cum armis, uel sine, nec directè, uel indirectè, uel alio quoquo modo, si pertransiens urtauerit cum cubito, nō dicitur pœna commissa percusso.

19 *Percussio cum pugno, uel manu uacua, data super spatulis, uel simili parte corporis, qua quis non ita facile dolet, non rumpit cautionem.*

20 *Percutiens in faciem pugno, uel manu uacua, non rumpit cautionem.*

21 *Pugnus maxillata etiam in faciem, in rustico, dicitur modica iniuria.*

22 *Quomodo intelligatur cautionem non rumpi per percussionem cum pugno, uel manu uacua, uel aperta.*

23 *Cautio de non offendendo licet non rumpatur in casibus suprascriptis competit tamen in eis actio iniuriarum.*

24 *Aliud est iniuriam facere, aliud offendere.*

25 *Promissio de non offendendo si fuerit concepta cum his uerbis, uel quoquo modo per leuem offensam, cautio ipsa rumpitur.*

Cautio hæc quomodo frangatur per pugnum manu vacua, vel stricta, & de materia. Cap. XXVII.

1 QVAERO †utrum cautio hæc de non offendendo facto tantum & in personam rumpatur ex percussione in pectore pugno, manu uacua, siue manu aperta? in qua quæstione ipse inseram quædam, quę commentatus sum in contingentia facti ex quibus apparebit decisio quæstionis. Videtur itaque fracta cautio
2 hæc de non offendendo, quoniam† pugnus iniuria persona
3 lis uidetur quoniam† ubi persona personaliter tangitur iniuria in personam existimatur Barto. in l licitatio. §. quod illicite. ff. de publican. uersic. quandoque offensa dicitur, Innoc. & Anchara. in cap. nuper. ex. de sent. excommu.
4 & dicimus † ubicunque tangitur persona, uel res cohærens personæ animo offendendi dicitur offensa personalis. Alex. cons. 36. uisa inquisitione. col. 2. li. 1. & facit tex. in l. 1. §. 2. ff. de iniur. ubi † iniuria fit re, aut uerbo, re cū

6 manus inferuntur, in corpus fit cum quis pulſatur † pugno autem quis dicitur cedi & pulſari licet non uerberari. l. itē
7 apud Labeonem. §. uerberaſſe. ff. de iniuriis, † uerberare. n. eſt cum dolore, pulſari uerò ſine dolore ut dicitur in l. 5. §. inter. ff. eo. tit. & cum corpus tangitur animo offendendi corpori uidetur fieri iniuria. l. ſed eſt quæſtionis, in prin. ff. de iniuriis. facit ꝙ ſi quis non fuerit pulſatus nec percuſſus manus tamen in eũ fuerint leuatæ, isq́ue ſæpe territus qua ſi uapulaturus utili actione iniuriarum agitur, & ſcribit And. Sic. conſ. 11. illud. col. 9. & ſeq. li. 4. Hic ergo promiſſum eſt non offendi facto tãtum, quòd factum denotat iux ta notata per Bar. in l. 1. §. hæc autem. ff. de his qui deiec. uel effud. & factum interuenit hoc eſt pugnus: ergo uidetur proculdubio contrauentum.
8 ¶ † His tamen non obſtantibus contrarium attentari & tene ri poteſt. fundamentũ huius concluſionis ſit illud qđ cõi-
9 ter à Doctoribus traditur, ꝙ. ſ. † leuis offenſa nõ iudicet̃ of fenſa ſaltem ut ordinaria eſt ſtatuta pœna grauis contra offendentem teneatur ut ſcribit Bal. in l. ſi prædium. C. de
10 ædili. actionib. col. 2. q. 4. ubi uoluit quòd † uulnuſculum modicum nullum habet in ſe delictũ, ut quoque dicit tex.
11 in l. 1. §. perinde. ff. de ædilit. edi. & inde infert ſi † ſtatutum dicit ꝙ Syndici teneant̃ denunciare percusſiones ſanguino lentas, ubi eſt leuisſima cutis ſciſſura denunciatio facienda non eſt præcipue illa ratione; quia leuis ſciſſura & cicatrix
12 non dicitur uulnus. unde † & ſi in platea eſſet pro uulnere pœna manus pro tali uulnuſculo non imponeretur tam atrox pœna; quia modica alteratio non denominatur infirmitas. idem Bal. in c. cum adeò. col. 2. ante fi. ex. de reſcri ptis dicit tractando materiam ꝙ modica & minima non cu
13 rãtur per dictam rationem, ꝙ † ſi ſtatutum dicat ſi quis extraxerit ſanguinem alicui in palatio puniatur pœna manus non intelligitur de illo, qui percusſit aliquem in naſo unde ſanguis aliquantulum exiuit: quia eſſet nimis dura in-
14 terpretatio, & † ſtatuta debēt intelligi & interpretari humanè. & cum Bal. ibi in d. l. ſi prædium. Iaſ. in l. ſciendum. ff. q ſatiſda. cogan. col. 3. ad finem & ſeq. ubi etiam de ſimilibus

modicis & leuibus non curãdis comprobat, & glo.no.in c. cum illorum. de sen.exc.in uerbo.sanguinis effusioni. & ibi
15 Canonistæ † quod statutum loquẽs de uulnere cum sanguinis effusione non habet locum si modicum cruoris effundetur Io.Andræ Abb.& Ro.ut per Ias. d. loco uersi. Tertio facit
16 enim gl.no. quod † qui modicum lædit, cum modica sanguinis effusione non dicitur effundere sanguinem & cum illa glo. pro statutis, Ant.Sic.in no.in uerbo. effusione per Abb. & Ro.ubi etiam Ant.tenuit.no.dictum Bal.in d.l.si prædium de platea ut supra quia modicum uulnusculum non est uul nus comprobando per. Ang.& d.And.Sic. ut ibi Cy. Idem cum Bal.in d.l.si prædium.in no.q. Barb.in cons.74. descri psit.col.2.in prin.li.4 cum multis similibus comprobãdo, quòd modicum & nihil æquiparantur in subditis quod qui pa rum transgreditur non uituperat per Bal. in l. quicunque. C.de ser.fug.& idem Bal.in d.c. cum adeò, col.2. Nunc spe ctant infinita quæ congeri possent à doct. uariis in locis po sita, quę concludunt leuia, modica minima nihil operari, ut ultra Ias.& Barb.in d.cõs. Ant.Sic.in Tract.de minimis, & Hippol.no.276.parum. Idem cum Bal.in modico uulnu sculo in d.l.si prædium. & de percussionibus cum modico sanguine in d.c.cum adeo. Antonius Siculus in d. tract. de minimis col.2.uer.quanto aliter adduci & uer.58.& 68.per Bal.in d.§.perinde.l.1.ff.de ædilic.edict quod statutũ loquẽs de uulnere non habet locum in modico uulnusculo; quia non habet in se delictum, ut pro uulnere reputetur. & ex his ergo & multis similibus referri uidetur & necessario quod hic etiam leuis iniuria, non dicatur offensa, quo ad pœnam conuentionis treugæ, & commissionis 200 ducat & ne desint Auctoritates etiam in terminis adduco consi. domini Hyppol.de Marsil. qui fuit magnus practicus criminalium (ut omnibus liquet) in cons. suo.80.qui cuncta. ubi latissimè in puncto treugę factæ in fortioribus terminis, & quod nõ offenderet nec se offendi faceret, quoquomodo deducit & tenet & consuluit nõ dici rupta ex unica percussione cum lapide in spatulis sine sanguinis, præcipuè, per d.rationem
17 quia † sit leuis offensa, quæ non intelligitur deducta in sti-

pulatione

pulatione de non offendendo,etsi id est, quando simpliciter & generaliter promissum est,non offendere, fortius qñ facto tantum & in personam iux.no.per Bar. in d.§.quòd il licitè. in prin.uer.aut promissum est ut latius est uiden. in d.cons.q impressum passim præ manibus habetur, & ultra eum sũt multa de prędictis pro dicta rõne.Et addo q ita ẽt nouissimè in cõtingẽtia facti in fortioribus terminis fuit
18 per d.rationem consultum,q†stante pace, & promissione generali & simplici de non offendendo,cum armis uel sine si pertransiens urtauerit cum cubito non dicitur pœna cõmissa,etiam si esset dictum,non offendere directè uel indirectè, nec alio quoquomodo,ut indiuiduo : not: consuluit Reuerẽd.Car.Paris.latè cons.165.Pacem inter se. li.4.ubi latissimè per sex col.respondendo etiam rationibus in contrarium latè ita ut suprà tenet & probat d.rationem: quia offensa,modica leuis & parua non uidetur promissa nec in consideratione etiam præcipuè per no.per Bal.in d. l.si p̃dium.& Ant.Sic.in d.tract.de minimis, & in indiuiduo citat & tenet d.cõsilium Marsilii 80.subdens q Mars.in d.cõsi.citat & est uerum.Bal.in cons.58. Laudam nos. col.4.li. 1.dicentem q pro leui offensa non rumpitur pax: & promissio de non offendendo,& licet sub dicto nu. consilium Bal. nec in primo nec in alio uolumine reperiaẽ tamen ego inuenio consiliũ 195.Laudari.li.2.ubi no.Bal. col.2.ad finẽ uer.illud est sciendum formaliter dicit q pax, non rumpiẽ per quamlibet leuem occasionem imò per grauem suspitionem non.n.præuisum ideo q super iniuriis sit intelligun tur actiones & iura partium peremptæ per tex.not. in c. in nostra.de iniur.2.Idest, etiã q per partes de eo casu de pœna conuentionali non senserint,nõ per hoc de iure cõi agere prohibeatur , & q licet communis conclusio q modica offensa non sit in consideratione in d. pœna conuentionali de non offendendo ultra supra alleg. est bonus tex.l.3.§.fi. cum seq.ff. de adim. leg.ubi probatur offensa fideicomm. reuocari dicit si autem leuis offensa est,manet fideicommissum,& ibi in terminis no. Albe.in d.l.seq. ante finem q licet leuis offensa,offensa dicatur p illum tex.tamen non est

curanda,

curanda,nec etiam modicum uulnusculum:quia non vr in se habere delictum per d.l. 1.uer.perinde ff.de ædilict.edi. l.fi.de bon.eorum qui mort.§.2.ibi,modici forti reus.ff.Et idem ꝙ modicum uulnusculum non sit in consideratione in statuto de uulnere Dec. etiam sic tenet & scribit in tex. de appellationibus ex.de appell.col.pe.ubi no.comprobat no.decisionibus per Bal.in d.l.si prædium.Ro.Alex.Ias. & And. Sic. ubi supra & præcipuè Alex. cons. 104.statutum. in fi.lib. 1.ubi per d.rationem refert Alex.de fals. moneta non habere locum in moneta minima & Alex.ibi illud dictum de uulnusculo per Bal. Ro. & seq. ubi suprà refert & tenet.ꝙ modicum delictum non iudicatur delictum bonus tex.in auct.de dissens.ciuit.§. 1.ibi, nihil uel paruissimum delinquentem,dicit gl.sumpta occasione,ut fecit lupus de agro.in turbatione aquæ . Ex quibus omnibus lucidè constat; ꝙ est communis opinio, ꝙ statutum puniens uulnerātem uel inferentem uulnus, nō intelligitur de modico uulnusculo,ergo sic eadem ratione promissio de non offendendo præcipuè facto tantum & in persona intelligi debet nō de graui,nec de leui uel modico per supra dicta , & præcipuè per Mars. Car. Paris. & Bal. ubi s̄. quorum authoritas iudicio meo in iudicando cum contradictore neminem habeant,quem uiderim,præualere & attendi debet,& si quis diceret Bal. Mars.& Card.Paris. non uideri probari id ꝙ dicunt percussionem cum lapide sine sanguine & urtationem cum cubito lenem esse offensam,respondetur ꝙ id satis iudici probatur cum ipsi in terminis consulant.secundo ego in terminis allego Bal.in l.sed si hac.§. pe.ff. de in ius uocand.ubi formaliter in fine dicitur percussio in oculo cū sanguinis effusione est grauis offensio , sed percussio cum manu uacua uel cum pugno uel regulariter non est atrox iniuria,secundum Guil.de Cun.& post Bal. & Guil.do.bonum tex.in l.prætor.§. fi. cum l. seq. ff.de iniur. ubi dicit tex.atrox iniuria habetur si uulnus illatum in os alicui percussum fuerit nonnunq̄ locus uulneris ueluti oculo percusso,& in indiuiduo ꝙ etiam alapa manu uacua unica percussione in maxillam ēt dextram sine sanguinis effusione, leuis

offensa

offensa dicat,qn non est persona superior uel notabilis, in no.q.tradit Lap.alleg.76. quidam præditos. ubi notanter uult, ꝙ uelut de leui offensa & iniuria presbyterum alium percutientem per episcopum solum posse absolui, iux.c.ꝑ uenit.de sent.excom.& allego in terminis tex. in §.seruus. inst.de iniur.ubi ad literam dicitur pugni percuti leuem iniuriam esse; imo & dominum pro seruo agere posset, licet aliàs secus si esset atrox iniuria ut ibi no.ergo leuis offensa est,quia ideò non agit dominus pro eo ut ibi, & l.apud Labeonem. §.nam si leuiter percussus.ff.eo.& iō dicit tex.no. in d. l.§. uerberasse; uerberasse dicitur abusiuè qui pugnis cædit. & tñ uerberare est cum dolore cedere, pulsare sine dolore l.5.§.inter.ff.de iniur.imo abusiuè dr̃ percussio cũ pugno latè per Bal.Guil.Ang.& Ias.Hyppo.no.535.abusiuè. & ꝙ pugno percutiens damnum non dicatur inferre, cum scissum corpus non est, uel nec tumor factus adduco tex.expressum in l.si seruus seruum.§.rupisse, & seq.ff.ad l.Aqui.ubi tex.dicit ꝙ tunc aquilia non tenetur; qa damnum datum non est, licet iniuria sic: & ita etiam vr̃ ratio consiliorum Mars.Pari.& Bal.ultra eos,s. quia qui promittit non offendere facto tantum,& in personam offensam intelligit & sentit illam q̃ noceat & damnum inferat & dolorem ꝑsonæ arg.d.§.& etiam quia dicti in cohęrentium denotare uidetur in huiusmodi pœnalibus sit s.nocitum corpori ꝑ tex.in l. 1.§.hæc aũt uerba.ff.de his qui deiec.uel effud.ibi in corpus nocitum ei sit: considerando in terminis ꝙ lex. 1.ff.de his qui deiec.in illa materia requirit damnũ dari,ut ibi in principio damnum datũ,& in d.§.hæc uerba: ibi damna data.deinde dicit spectat ad ea quæ in corpus admittentur:ergo in corpus dr̃ cum hr̃ damnum : sed pugnus solus non est damnum,ut s̃.clarè ergo non est admissum in corpus,& sic nec in personam,& illic.Flo. summat uno mō nocere est in corpus offendere in rebus,& ita ut s̃.inducendo ubi uidetur tex.expressus pro nobis, bene uisus, & etiã quia qua ratione uerbalis iniuria uel scissio uestium nō dr̃ offensio in personam : quia personæ non nocet ut ibi : eadem ratione pugnus uacuus quo nocitum non sit personæ
excusari

excusari debet: sæpe enim corpus tangitur & iniuriatur, & tamen læsio personalis non dicitur: ut patet in scīdēte ue stem alicui ubi corpus ēt tangere ceu tangere potest uiolēter, non tamen iniuria dicitur: nec in corpus. l. sed & q. ff. de iniur. in prin. & melius probatur in c. nuper. in princip. extra de sent. excom. ibi laici qui pro uita detrudunt in carcerem. & uincula clericos sine læsione dicuntur facere corporali: unde ibi Anchar. not. uiolentiam esse, & tamen sine læsione corporali ipsius personæ & uestibus fit iniuria personæ non tamen in personam. Guid. Pap. q. 138. in camera consilij col. 3. in prin. Bal. in l. si quis per calumniā. C. de epis. & cle. Vnde sic dici potest in q. nostra pugnum. s. sine alio tumore uel sanguine fuisse iniuriam personalē, sed quia personam & corpus non lædit uerisimiliter non uenire nec comprehendi in promissione pœnali de non offendendo facto tantum & in personam: tum quia corpori non nocet, nec lædit: tum quia per consequens leuis est offensa cum intentione Bal. Paris. & Marsil. & sic offensa propriè in personā: maximè huius materia pœnalibus (ut strictius intelligantur) fit cum nocet personæ. s. lædendo uel offendendo uel diminuendo, ut probat l. 1. tradit Veron. cōsil. 48. casus. col. 2. inter consilia ciuilia: hic aūt persona nō fuit læsa nec diminuta: merito non mirum si non uidetur contrauētum, ueluti leuis & modica offensio, præcipuè inter eos qui militiam non exercent, nec profitentur, nec nobilitatem. ¶ In quibus forsan cōsuetudine aliàs dici possit: seu in uilibus, & in uilibus locis habitantibus, ut hi sunt: & ita tenendo fretus hmōi rationibus cōis conclusionis & autoritatis: non obstant in contrarium allegata: qm̄ unico uerbo tolluntur pugnum esse iniuriam personalē iure cōi; non tñ talem facto, & in personam de quo senserint uerisimiliter cōtrahentes ut potè leuem, sine sanguine, tumore, & dolore, & damno aliquo: cum qua ille potius repulsionis & urtationis causa gestus fuit quàm percussionis principalis recte personā rem & factū considerando. & facit q̄ sic aliàs pro modica causa non debet quis excōicari. c. episcopi. 11. q. 3. ibi innocentes aut minimis causis culpabiliter

ter excõicari,nec præſumunt.Nec obſtat,ꝙ etiam minima quandoque attenduntur & conſiderantur, ut no.per d.Anto.Sic.in d.tract de minimis,& Bal.in d.c.cum adeò col.2. quoniam licet materia ſit brocardica ut ipſe teſtatur tamẽ in ſtatutis pœnalibus & punientibus ita ſpecialiter tradũt ut ſupra & cõmuniter tenent: ꝙ in aliis quę ſunt ultra ius commune: iure extraordinario minima non attenduntur, ut Bal.in d loco, & cum eo Antonius Sicu.in d.tract.in fi. Nimirum ergo ſi in pœnali ſtipulatione magnæ quantitatis de non offendendo ultra ius cõe de leui offenſione non intelligitur ut ſupra late deductum eſt: nec per hoc dicemus etiam ꝙ ſi leuis offenſa non eſt in cõſideratione: ergo pugnus remanebit impunitus contra iura primo ſupra allegata:quæ iniuriam uocant & puniunt,quoniam dicimus non puniri pœna conuentionali extraordinaria: ſed ordinaria iuris communis ſic:& ita Bal in d. ſuo conſilio tradit per d.c.in noſtra,de iniur.& idem in d.l.ſi prædium 3.q.de ædilitio edict. ibi pro tali uulnuſculo non imponitur, tam atrox pœna ſtatuti & ſic punitur: ſed non pœna ſuper addita à ſtatuto de nouo, ſed iure cõmuni ordinario ſic: & hoc modo omnia contraria reſoluũtur:bene conſiderãdo. ¶ Et ſic concluſio eſt ſtipulationem pœnaliter de non offendendo aliquem facto tñ, & in perſonã non committi ex ꝑcuſſione cũ pugno manu uacua,ſine dãno tumore, uel lęſione facta:quia de ea non cenſetur cogitatum nec conuentũ inter partes per rationes & iura multa, de quibus s̃.per autoritaté Bal.Marſi & nouiſſimè Reuerẽdiſſimi Card. Pariſ. qui contradicentem non habent æqualis authoritatis: quẽ uiderim merito ab eis in iudicando diſcedendũ non puto: & ultimo allego bonũ tex. ꝙ differat iniuria ꝑſonalis quæ non lædit perſonam,ab ea quę lædat in titulo de noua for. fidel.in uſib feud. ibi ꝙ recipias in perſonam aliquam læſionem uel iniuriam uel contumeliã &c.& ſic patet ꝙ iniuria uel contumelia in perſonam eſt perſonalis ſine tñ læſione:prout etiam dicebatur not.per Ancha. in d.c.ſuper.per illum tex.not.& ita in materia noſtra hic:non obſtat ſi dicatur ꝙ ad finem inſtrumenti dicitur, ut non intelligatur

 rupta,

rupta, lingua uerbis iniuriosis, rixis mulierum, & per minores 14. ann. ut sic exceptio in quibusdam casibus firmet regulam in omnibus aliis ll. uulg. nam pro responsione considerandum est: ꝙ exceptio licet firmet regulam in contrarium: tamen non facit pro hoc comprehendi eas quæ aliàs sub regula nõ uenissent nec regula ampliatur tex. in l. generali. §. uxore. ff. de usufr. leg. & ibi Bar. & Fely. latè ubi s. col. 2. & latè per Bar. Abb. & Bal. Dec. cons. 44. col. 2. Lud. Bolog. cons. 31. col. 8. Aret. cons. 143. uisa. col. 3. in prin. sed in promissione facto & in personam uerba iniuriosa nõ ueniebant, ut ex prædictis patet & probat tex. in l. 1. §. 2. ff. de iniur. ergo &c. Imo cum in promissione de non offendẽdo facto tantum & in personam minores 14. ann. non uenirent, rub. & nigrum, ex. de delict. puer. & in terminis ut impuberes pacem non rumpant, text. in Auth. de pace tenend. & iuram. firman. in prin. ibi à 18. ann. &c. & in tit. de pace const. 11. ad fi. in usib. feud. nec etiam ad fœminas pax spectat nec compositio eius. gl. no. in c. 1. in prin. in usibus. feud. Dec. in l. fœminæ. ff. de reg. iur. nu. 68. casu 37. & in terminis, ꝙ de iure fœminæ in treuga non ueniant. Dec. latè subscribens aliis consiliis 531. col. 2. Igitur facit facta exceptio de his casibus qui sub regula non continebantur aliquo modo: ergo non operatur ut extendatur uel contineat eos casus qui aliàs sub regula non continebantur, ut d. §. uxori, & ibi Bar. cum supra allegatis: sed potius exceptio inepta inducitur, ut per Paul. de Cast. & Bal. in l. in his. ff. de ll. Imo & cum excepti sint hi casus ut pote leues: hic & alij similes casus leues exclusi censentur, ut per Abb. not. in c. ad audientiã. de cle. non resi. l. 1. ff. si mensor fal. mod. dixit Abb. per illum tex. in c. cum dilecta. de confir. uti. uel inuti. Dec. cons. 151. col. 5. c. per translationem. uersi. q̃q̃. de renun. & ibi Abb. gl. not. in l. 1. C. de cond. indeb. Dec. consi. 496. in causa in fine, & Cassad. decis. 6. de iure patro. col. 1. Rot. Neap. decis. 354. in causa. col. 3. & etiam 401. quædam in fine, ubi omnes tradunt exceptiones etiã trahi ad casus similes indentitate rationis: licet iste quoque casus pugni manu uacua sine læsione est leuis offensa, ut supra

pra dictum est: ergo &c. & generaliter insuper dici potest, quòd in materià restringibili, & per cósequens pœnali, ut nos sumus non habet locũ reg. illa exceptio firmat regulã. Abb. in c. ad audientiam. de cle. non resid. Fel. in c. qm̃ frequenter. col. 2. & 2. limit. extrà de lit. non contest. & cũ eis Ro. Rom. nouissimè, ut tradit Cassa. d. loco & ll. uulg. Minus obstat si dicatur quòd ea sedata (ut in ueritate supponitur) aliquantulum rixa proiecerunt ad inuicem lapides; ergo &c. quia primo respondetur cum ex testibus eisdemmet constet personas ob id non offensas, nec percussos ob cappas quibus se tuebantur, succedit eadem conclus. supra firmata, ut Marsil. d. cons. 80. & concordant ꝙ ubi persona non leditur pœna non committatur, & in uestes licet esset iniuria personalis, non tñ in personam, ut per Bar. in d. §. pro illicito, & no. Inn. in d. c. supra alle. & alij ubi supra 2. etiam clarissime respondetur, quòd qñ non cõstat quis primo proiecerit lapidẽ in alterũ ut facto supponitur, pœna non cõmittitur, ut ibi testatur Alex. col. 2. & Ias. ad finem. Bar. in l. 1. §. arietes. ff. si quis paup. fecisſ. Idẽ per causam Decij. cons. 380. conclu. subscribens etiam alij. Corn. cons. 51. col. 3. li. 1. in prin. Idẽ Bal. in d. cons. 195. Laudare col. 2. li. 2. per Io. And. in c. fi. de immu. eccl. bonus tex. & Bar. in l. cum pater. §. libertis. de leg. 2. eius conclusionis ratio cũ sit incertitudo, & ne innocens forte condẽnetur & patiatur: l. absentẽ. §. 1. ff. de pen. gl. no. in l. Itẽ mela. §. sed si seruum. ff. ad l. Aquil. l. si hi qui inuicẽ. ff. de do. cau. mor. sequtur id procedere quantum ad pœnam conuentionalẽ, tam quo ad partẽ, quàm quo ad fiscum, cùm non sit rõ diuersitatis, ut de se constat, & no. per Bar. in l. ut uim, in fin. ff. de iust. & iu. & in l. 1. in 2. lect. q. 12. C. unde ui, ubi uidetur sentire ꝙ inuicem se insultantes si non constat quis primo ciuiliter nemo alteri punitur sed criminaliter quo ad pœnã, sic non obstat, quia Bar. bene uisus, loquitur in pœna ordinaria, iuris cõis pro delicto non in pœna conuentionali, de qua nos agimus, & Alex. simpliciter & gñaliter dicit in d. §. sequitur col. 2. cõem opinionem, ꝙ pœna non committitur, & ut supra etiam ita in terminis propriis dictũ Bald.

aliàs

aliàs Cor.conf.81.in hac li.1.ad c.fi.& pe.in fi.declarat ubi dicit,Bal. aliàs & seq. intelligi de pœna delicti propter q̃ rumpitur,non autem de pœna fractus pacis & per Bal. no. & alios in l.semel.ff.solut.matr.iustificatur, quoniam si nõ est commissa quomodo quo fiscus petit aut quo iure, fiscus enim priuilegium non habet nisi quo ad expresse, in iure reperitur gl.no. in l. Item ueniunt. §.in priuatorum.ff.de peti.hær.Deci.per eam conf.531.col.1.in fi. Guid.Pap.q. 536.de consuetudine ad finem per. Cy. sed hoc non reperitur decisum.in pœna conuentionali ergo &c. & ideo Fel. in c.1.de pace & treug. col.2. quo ad pœnam fractæ pacis reliquit cogitandum nec firmat si ad eum dictum adaptatur de quo tamen Bal. bene uisus non loquitur ut dixi per Cor.conf.ubi suprà sed de pœna iuris communis: & extraordinaria, quia ordinaria non uidetur punire propter incertitudinem iux.no.per Marsi. in rub.C.de prob. col. 83. nu.418.& q̃ nec fiscus petere posſit facit no. quia cum testes sunt ibi contrarii in eodem facto unus dicit falsum & est periurus tamẽ ob dubium nemo punitur Alex.in l. duobus.§.fi.ff.de iureiurando. Marsi.late in d. rub.de probat. nu.412.Nec obstat si dicatur præsumi debet contra primũ percutientem iux. no.in l.quoniam.C.de leg.Iul.de ui publIc.& quæ late no. Marsi.no.403. superioribus, quoniam quoad pœnam conuentionalem quæ rupturam requirit debet cõstare quis prior ruperit ut per Bar.no.in d.l. 1.§.arietes.ff. si quad. paup. fecis. dicat. imò cum in quæstione A. euaginauerit ensem contra eum magis præsumitur cum essent pares iux.no.per Bal.in l.1.in 2.lect. nu. 12.C.unde ui præcipuè: quia ipse aliàs cãm dedit inimicitiæ quoniam uulnerauit clientem nostrum ut per Grammatic. conf.62. in causa,& in terminis ut præsumatur cõtra eum; q̃a aliàs simile delictum commisit Saly.in l.ult.col.ult.C.de quæstio.Marsi. in d.rub. de probat.nu.418. & in d. notab.403. Ex his omnibus concludendum est promisſionem de non offendendo facto tantum & in personam ex dicta percussione,siue repulsione pugno facta sine tumore, carnis scissura uel considerabili dolore,uel damno inter eos p̃sertim

qui militiam non profitentur ordinariè, nec nobiles uiri sunt fractam non esse, similiter nec per collapidationē ad inuicem, tum quia sine læsione in corpus, & quia in pallia si qui proiecti sunt lapides, tum qa incertum est de principio rixæ, q; si adhuc casus dubius uideatur in dubio pronũciandum est securitatem cautionemve aut treugam, aut pacem non esse ruptam, ut post Bal. Ro. & alios scribit Dec. cons.406. licet in fi. & facit. l. non puto. ff. de iure fisci. Hæc hactenus de his quæ in tali contingentia facti scripsi.

19 ¶ Ex his multo magis dicendum † cautionem non rumpi si pugno manu uacua sine dolore considerabili quis percutiatur in spatulis, in humeris, in uentre, in brachiis, in suris, uel simili corporis parte, qua qs non ita facile dolet. ¶ Sed
20 quid † si quis in faciē percutiatur manu uacua & aperta an rumpatur cautio hæc de non offendendo? vr̄ q; nō, qa Bal. in l. sed si hac. §. pe. ff. de in ius uocando dicit q; percussio manu uacua ēt pugno non dr̄ atrox iniuria facit. §. seruus. insti. de iniuriis. Ias. in l 1. §. ait. ff. de iniurijs Bal. in l. nemo C. de sum. Tri. & fid. cath. l. item apud. § non si §. uerberasse. ibi abusiue. ff. de ininriis facit. l. si seruus. §. rupisse. ff. de iniuriis. Paris. cons. 48 li. 4. Marsi. no. 535. Veronens. cons. ciuili 48. Ias. in l. sed si hac. §. prætor ait. ff. de in ius uocan-
21 do & † in rustico maxillata pugnus etiam in faciem modica iniuria dr̄, sec. Ang. & Castr. in l. item apud §. adiicitur. ff. de iniuriis Mod. Bonon. in l. ut uim, nu. 95. ff. de iust. & iu. facit q; licet quis pati non possit, ut uulneretur, tamen pati p̄t ut alapa percutiatur, ut p Bal. in l. 1. §. usque adeo. ff. de iniuriis Ang. de maleficiis in uerbo contra uoluntatem. Cagnol. in reg. nemo fraudare. ff. de reg. iu. quidquid ibi Dec. contradicat Are. in §. iuris præcepta. insti. de iniuriis.

22 ¶ Sed ipse † hæc uera puto quoties leuiter & sine dolore, uel liuore quis percutiatur quouis in loco, namque si cum dolore quouis in loco in personam tangatur puto frangi cautionem, uel si buffetto ut inquiunt quis p̄cutiatur, idq; fiat ex industria, offendit enim in corpus, quādo corpus cō siderabiliter dolet idq; arbitrio iudicis remitterē ut iure specialiter non finitũ iux. no. in l. 1. ff. de iure deliber. Con

ſuetudinem quoque circa hoc reſeruaré ut in materia ſcribit Pariſ. conſ. 165. conſ. 168. lib. 4.

23 ¶ Licet autem in aliquo ex ſupradictis caſibus non frangatur cautio de non offendendo, tamen actio iniuriarum non impeditur ſec. Bal. in l. ſi prædium. C. de ædil. action. & in conſ. 198. lib 2. ubi alleg cap. in noſtra, ex. de iniuriis,
24 & probãt tex. allegati ſupra in principio. † aliud enim eſt iniuriã facere, aliud offendere in perſonis ut alias ſcripſi.

25 ¶ Notandum quoque præterea eſt quòd † ſi promittatur non offendi quoquomõ, uidetur quòd per ſupradictas leues offenſas cautio rumpatur; quia quoquomodo dictio, uerificatur in quolibet ut not. in §. 1. inſti. de teſta. milit. Deci. conſ. 4. col. ant epe. conſ. 613. col. 1. Soz. iun. conſ. ſec. col. pen. lib. 1. Carre. in pract. §. homicidiũ, nu. 8. pag. mihi 61. & in materia probant notata per Pariſ. conſ. 165. lib. 4.

SVMMARIVM.

1 *Cautio data de non offendendo conſanguineos excepta Titia muliere, an iſta exceptio includat cæteras mulieres, impuberes, & alios in cautione non comprehenſos? ibi quòd non per quatuor concluſiones. 2. 3. 4. 5.*

2 *Exceptio non ampliat regulam, ut hi comprehendantur in regula, qui alias non comprenderentur, maximè in odioſis. 3.*

4 *Extenſio, admittitur in exceptis, ex identitate rationis.*

6 *Incluſi, incluſæve in cautione, per exceptionem, extendendam, an excipiantur?*

7 *Promiſsio de non offendendo per ſuos conſanguineos, non rumpitur, ſi unus ex conſanguineis offendit ex cauſa tamen alterius, non illius qui promiſit.*

8 *Fideiuſſor de non offendendo reo principali præſentato, uel ſi nihil habeat in bonis liberandus eſt, maximè ſi diu fideiuſſor ſtetiſſet in obligatione.*

Exceptio quomodo firmet regulam, in materia. Cap. XXVIII.

1 DATA est cautio de non offendendo consangui-
neos excepta Titia muliere, utrum per hāc ex-
ceptioné includantur cæteræ mulieres vtrū im
pūberes uel aliàs in tali cautione nō cōprehēsi.
2 ¶ Prima conclusio sit quòd † exceptio nō ampliat regulā,
ut ij comprehendantur in regula, qui aliàs non cōprehen-
derentur. l. generaliter. §. uxori. ubi Bart. ff. de usufru. leg.
Dec. cons. 44. col. 2. Ludouic. Bologn. cōs. 31. col. 8. Aret.
cons. 143. uisa, col. 3. Dec. in rub. de reg. iu. & alibi passim.
3 ¶ Secunda conclusio sit q; † in odiosis proxima conclusio
maximè uera sit, & exceptio non firmet regulam in cōtra-
riū Abbas in cap. ad audientiam ex. de cleric. non resid. Fe
lyn. in cap. quoniā frequenter. col. 2. limit. 2. ex. ut lit. non
4 contestat. Cassad. decis. 6. de iure patronat. ¶ Tertia cōclu
sio sit q; † in exceptis admittitur extensio ex identitate ra
tionis. Abbas in d. c. ad audientiam. ex. de cleric. non resi-
dent. Abbas in cap. cū dilecti. ex. de confirm. util. uel inuti
li gl. in l. 1. ff. de cond. indeb. Dec. cons. 496. in fi. Cassad. d.
5 decis. 6. Afflic. decis. 354. col. 3. & decis. 401. in fin. Ex † his
minores aliàs non comprehēsi non comprehendentur. Idē
in mulieribus dicendum est, an aūt per exceptioné exten-
dendam aliàs inclusi, inclusæve excipiantur pendet ex ra-
tionis identitate, quod altiorem indaginem requirit.
6 ¶ Quod aūt † impuberes non comprehēdantur in generali
cautione de non offendendo, induci potest tex. in tit. de pa
ce tenenda in princ. in usib. feud. Rub. & nigrum ex. de deli
7 ctis puer. Corn. cons. 167. lib. 3. ¶ Quæro † Titius promi-
sit non offendi per suos consanguineos, vnus ex consangui
neis offendit, sed non ex causa Titii, sed alterius utrum sit
fracta fideiussio? quòd non probat Bal. in l. fin. C. de ędilit.
edict. ad hæc notata per Paris. consi. 165. col. 2. lib. 4.
8 ¶ Quæro † utrum fideiussor de non offendendo reo princi
pali præsentato liberandus sit, uel si nihil habeat in bonis

quòd sic Baldus in Leos.§.super hoc.C.de appella.Gram. conf. 55. nu. 7. Ang.de malefi.in uerb. pro quibus & quolibet præsertim si fideiussor diu stetisset in obligatione per l.Lucius.ff.manda.Tiraqu. de retract.§.29. gloss.2.

SVMMARIVM.

1 *Fideiussor de non offendendo num astringi posit ad soluendũ, si principalis inquisitus de offensa, in personam eius illata cui promisit, condemnatus, uel bannitus fuit in contumaciam, quæ ex statuto habeatur pro uera confessione?*

2 *Contumacia unius, alteri nocere non debet.*

3 *Pater, si tenetur soluere legitimam pro filij delicto, uel eius condemnationem, non intelligitur teneri si filius fuerit condemnatus in contumaciam.*

Ficta confessio etiam inter easdem partes non nocet.

Fideiussor etiam ex uera confessione principalis non potest condemnari, præsertim non interueniente iuramento.

4 *Cautio non dicitur rupta per probationem ex contumacia.*

5 *Fideiussor condemnari posset, si per testes ordinariè examinatos, & parte citata receptos in processu probaretur cautionem ruptam esse.*

6 *Res iudicata contra principalem, mandatur executioni contra fideiussorem, etiam sine nouo processu, quod est intelligendum in fideiussore iudicij, secus in fideiussore contractus.* 7.

8 *Testes in hac materia examinati contra principalem, non perstringunt fideiussorem.*

9 *Pacis, & treugæ, ruptæ probatio, debet esse liquida, & aperta.*

10 *In fauorem bursæ fiscalis, sententia contra unum lata, contra alium potest mandari executioni, quòd intelligitur cõtra præsentem, & se defendentem.* 11.

12 *Offensio ut sit iusta causa ad rumpendam pacem, sufficit quòd sit in potentia proxima actui, licet non in ipso actu.*

13 *Insultans uel incipiens rixam, licet non offendat, si offendatur non facit rumpi cautionem.*

Fideiussor

Fideiussor in materia quomodo condemnari possit, principali damnato per contumaciam. Cap. XXIX.

1 QVAERO † utrum fideiussor de non offendendo constringi possit ad soluendum si principalis inquisitus de offensa in personam eius cui promisit condemnatus, uel bannitus fuit in contumaciam, quæ ex statuto habeatur pro uera confessione? puto quòd in casu prædicto fideiussor non possit condemnari,
2 uel astringi ad soluendum; quia † cõtumacia unius alteri nocere non debet Bart. in disputat. Perusinæ ciuitatis cõs.
3 116. l. cum filius. in princ. ff. de uerb. obligat. Item, quia † si pater tenetur soluere legitimam pro delicto filij, uel eiusdem condemnatione, non intelligitur si filius condemnatus fuerit in cõtumaciam Doctores in d. l. cũ filius. Corn. consl. 97. lib. 4. Angel. Aret. in l. si quis plurium. §. fin. col. 5. ff. de appellation. & ficta confessio etiam inter easdem partes non nocet in alia causa, Bar. in l. eius qui. in prin. ff. de iure fisci Bald. in l. 2. ubi Iason C. de edendo. ex quibus ego dicerem quòd & ex uera cõfessione ipsius principalis fideiussor cõdemnari non possit, facit. l. si per impudentiã ff. de euictionib. præsertim non interueniente iuramẽto l.
4 ut iurisiurandi. C. de testib. † & ita quòd per probationem ex contumacia non dicatur rupta cautio hæc de non offen
5 dendo Marsil cons. 82. Quòd † si per testes ordinariè examinatos & parte citata receptos in processu probaretur cautionem esse fractam dubio procul fideiussor condẽnari posset. Ad hæc quæ not. Corn. cons. 2 11. lib 3. Maran. de ordi. iud. in tit. de satisd. pa. 7. scilicet si fideiussor esset citatus: quia aliàs si principalis contumax ut in l. 2. C. de edendo.
6 ¶ Non obstat quòd dicimus † res iudicata contra principalem mãdatur executioni contra fideiussorẽ etiã sine nouo processu sec. not. per Bar. in l. 1. ff. iudic. solui Doct. in l. fin. C. de usuris rei iud. Bal. & Castr. in. l. 1. C. ubi caus. fiscal. Aret. ĩ §. fi. inst. de satisd. Gui. Pap. q. 26. Cagn. ĩ reg. in eo.
7 §. 2. ff. de reg. iu. † qa ꝓcedit ĩ fideiussore iudicij: secus ĩ fide

iussore contractus secundum not.per Corn. cons.2 11. lib. 3.& ita intelligatur Aret. cons.77.Iaso.in l.2.col.fi. C.de eden.& ita nouiter probandũ erit, si agatur cõtra fideiusso
8 res,& ideò uidetur† ꝙ testes examinati contra principalẽ nõ pstringãt hunc fideiussorẽ d.l.2.C.de edẽdo.cũ ibi not.
9 ¶ Et facit qa† in materia pacis, & treugæ ruptæ requiritur ꝙ probatio sit liquida,& aperta ut scribitur in l.in testamẽto.j.col.fi.ff.de condit.& demõstrat.Bal.in l.cũ proponas. col.fin.C.de hęred. inst.Corn.cons.2 11.& cons.42. lib.2.
10 ¶ Non obstat quòd† in fauorem Bursæ fiscalis sententia cõtra unum lata, contra alium mandari possit executioni, ut per Doct.in l.1.C.ubi causæ fiscal.c.quãuis.de re iudicat.
11 †quia intelligitur cõtra se defendẽtem, & præsentẽ Alex. cons.84.col.2. li.3. Dec.cons.445.col.7.Marsil. sing.4. in rubric.de probat.col.27.in l.infans.ff.de sicariis. Alcia.3. reg.pręsum.22. & aduerte quòd ita demum fideiussor soluere põt de bonis principalis,si ipse possideat bona principalis & ipse non sit soluendo, ut per Alciat.consil.386. Itẽ nota quòd ille motus proprius quòd damnato principali per confessionem fictam contumaciæ, intelligitur in uero contumace hoc est citato personaliter arg. prædictorum, & qa uerba talia sunt propriè intelligenda arg.l. nõ aliter.de leg.3.& l.3.§.hæc uerba de neg. gest.
12 ¶ Quærõ †ut offensio causa iusta sit ad frangendam pacem utrum debeat esse in actu an in potentia ? quòd sufficiat in potentia (de proxima actui intelligimus iuxt. l. pen.ff.de testam. milit.) Baldus sentit in l.lege in additio. ff. locat. pro quo facit quod notat Speculator in tit.de leg.§. sequi
13 tur.uers.porrò.Felyn.in rubr.de treug. in fin. & facit † ꝙ insultans,uel incipiẽs rixam licet non offendat, si offendatur non facit rũpi cautionẽ Alex. consi. 96. lib.6.Marsil. sing.337.cum alleg.à Paris.cõs.165.col.pen.li.4.sic si proponatur aggressus,uel insultus cum armis,licet non euaginatis,ut effectus sit terror armorum Alex. cons.99. lib.3. cons.48.li.4. Decius,& Cagnol.in reg.quo tutela.§. ui factum.ff.de reg.iur.

SVM-

SVMMARIVM.

1 Promittentes de non offendendo in personā uulnerati fuere, uel aliter læsi, sed ignoratur quis læserit, uel quis incœperit rixā, & quis uulnerauerit, uel si duo tātum sunt, alter fuit uulneratus, & aduersarius dicit fecisse ad sui defensam. & sic non apparet quis fuerit incœptor rixæ, quis dicendus fregisse cautionem utrū ambo, an neuter, an uulnerans? si non apparet de principio rixæ, licet unus reperiatur mortuus: quòd nemo tenetur de pace, cautione, treuga rupta in hoc casu. 2. & hæc quo ad pœnam applicandam parti uel fisco. nu. 10.

3 Faciens ad defensam, non dicitur frangere.

4 Incertitudo facit ut nemo condemnetur, ne innocens patiatur.

5 Is, qui est malæ conditionis, & famæ, an possit torqueri pro habenda ueritate, quis prior incœperit rixam, cū in tali casu, absque indicijs non possit deueniri ad torturam.
Quid in eo, qui aliàs in huiusmodi deliquit.

6 Dans principium rixæ, tenetur de omnibus inde secutis.

7 Reus asserens se commisisse delictum ad defensam, uel aduersarium fuisse primum ad rixandum, cum hoc sit fundamentū exceptionis suæ, debet illud probare.

8 Delictum in dubio, præsumitur factum ad defensam.

9 Confitens se occidisse, ad sui defensam, ex sola sua confessione pœna ordinaria non punietur.

11 Pœna ordinaria iuris, non impeditur; quia ignoretur, quis fuerit prior ad rixandum, dummodo constet de uulnere illato.

12 Incœptor rixæ potest dignosci ex uarijs coniecturis. ut ibi usque ad nu. 24.

25 Officium iudicis plurimum ualet circa coniecturas ad cognoscēdū quis rixam incœperit considerato tempore, loco, armis, personis, & similia.

26 Iudex ut possit deuenire ad condemnationem ex coniecturis illis requiritur quòd sint indubitatæ.

27 Incœptor rixæ, potest etiam dignosci ex uarijs præsumptionibus, de quibus ibi usque per nu. 34. post quoddam consilium cuiusdam D. Bernardini Facij eius amicissimi, quod recitat ad literam, circa incœptorem rixæ.

35 *In cautione de non off. non potest deueniri ad torturam, quia causa est ciuilis.*

36 *Iudex quando non constat quis rixam inceperit, debet ex coniecturis, & ex præsumptionibus animum suu informare, ut possit alteram partem condẽnare: & si pro utraque parte sit æqualis concursus, et non excessus non male faciet, utrãque partem absoluere, uel relinquere causam indecisam.*

37 *Tortura, si sit permissa in hac cautione, ut ex statuto, uel banno, iudex potest ex coniecturis animum suum informare contra quem procedere debeat ad torturam, & si unus tortus ratione plurium indiciorum, ea purgauerit. non uidetur alter torquendus, quia ex hoc sua inditia non sunt aucta, nam fortem tortus ex animo, & constantia non fuit confessus.*

Si ignoratur quis primo fregerit cautionem, quid iuris & de materia. Cap. XXX.

1 APPARET † promittentes de non offendendo in personam uulneratos esse, uel aliter esse læsos, sed ignoratur quis læserit, uel quis uulnerauerit, uel si duo tantum sint in rixa, & unus uulneratus est aduersarius dicit se fecisse ad defensam, & ita nõ apparet quis fuerit inceptor rixę quis dicendus erit fregisse cautionem utrum ambo, an neuter, an uulnerans? si non apparet
19 Promissio facta simpliciter de nō offendēdo sub certa pœna, si fracta fuerit, uidetur quòd agi possit de pace rupta & actione iniuriarum, et ad damna expensas in medicis, et amissa lucra, & amissos, amittendosq; quæstus secundum negociationem.

20 *Promissio facta est de non offendēdo sub pœna 100. scut. isq; qui promisit diuersis temporibus bis offendit aduersarium, cautio an sit rupta bis, an pro prima uice tãtum? concl. quod pro prima uice tantum, ut ibi. alias tamen si apponitur uerbum toties quoties, uel aliud uerbum repetitiuum, uel clausula rato manente pacto.*

Si una pars cauit alia uero non, quid iuris, & de aliis quæstionibus in materia. Cap. XXXI.

1 QVAERO † iudex iussit uni ex partibus dari cautionem de non offendendo, alia uerò pars cautionem non dedit, utrum pars, quę cauit sit obligata? quòd nō probat. Bart. in l. si de meis. ff. de arbitris in l. fin. ff. de acceptilation. l. 2. C. de iure emphit. in l. litigantes. §. pen. in l. si cum dies. §. fin. & in l. fi. ff. de arbitris. Alia pars tamen, quę non cauit non uidetur obligata, quinimmo si promisit cauere & non cauit propterea non
2 tenetur; quia † aliud est contrahere, aliud promittere de contrahendo. Gloss. in l. in ementis. C. de contrah. empt. Cagn. in l. aliud. ff. de reg. iu. & late Tiraq. de retr. quidqd aliter senserint quidam in l. 4. §. Cato ff. de uerb. obligat. ¶ Ampliatur ut si pars contraueniat non teneatur sec. Bal. in cap. 1. in princ. in tit. qualiter domin. proprie. feud. priuet. Spec. in tit. de arbitris. §. sequitur. col 4. uer. sed circa. ¶ Et uera prędicta putarem etiam si pars dicat ex die præsentis promissionis obligari uolo; quia intelligitur prout de iure. l. si duo. ff. de acq. hæred. cum simil. & facit ratio;
3 quia † cōtractus claudicare nō debet, & seruari debet æqualitas. C. de donat. propt. nupt. cum similib. ¶ Et uidetur quòd supradicta inæqualitas non suppleatur per promissionem de non offendendo per negotiorum gestorū actorē
4 ante secutam ratificationem: † quia factum unius alteri nocere non debet. l. quia. ff. de iureiuran. C. res int. alios act. in rubric. & in nigro. licet si is satisdet contrarium dicendum uideatur iuxt. scripta per Dec. & Cagn. in reg. nemo alium defendere. ff. de reg. iu. & in reg. in eod. §. 2. ff. eo. tt.

¶ Hinc

5 ¶Hinc uidi consultum † q; si iudex cogit unam partem ad cauendum per annum, aliam uerò per biennium quatenus sit inæqualitas catenus non ualet: arg.d. l.si cum dies.§.fi.
6 ff.de arbitris, ubi Bal.dicit † q; quando contractus claudicat ex iussu iudicis tunc licitè contrauenire potest. facit. l.Pō-ponius.ff.de arbitris.Bar.in l.qui bona.§.si quis quia.ff.de dam.infec.Fely.in rub.de treug.& pac.col.3. & ad id quod diximus stante inæqualitate contrauenire posse uidendus est Bal.in c.1.in prin. in tit.qual.dom.propr.priuet Spe.in
7 tit.de arbitris.§.sequitur.col.4.uer.sed circa. ¶ † Hæc uera sunt si iussu iudicis data fuerit huiusmodi cautio ad instantiam partis, uel causa non cognita, secus uerò si cā cognita quia timor subsit; quia licet pars aduersaria non caueat, tñ eius obligatio non debet tollere obligationem alterius, &
8 quia † hæc cautio datur timore inspecto, & ratione interesse reipublicæ ad occurrendum scandalis iuxt. l.licitatio.
9 §.quod illicitè.ff. de public. Item † si ex parte unius timor subsit ex parte uerò alterius minimè nihil uidetur, impedire, quominus ab uno cautio danda sit ab alio uerò minimè in aliàs scripsi. ¶ Sed non modica fieri potest difficultas
10 † quid si una pars sponte propria dederit hanc cautionem, quo magis iudex induceretur ad faciendum caueri per aliā partē, quę nunc nullo modo uult cauere uel non pōt; quia abest, pars quæ cauit petit suam reuocari uidetur q; non
11 debeat audiri † quia damnum q; quis sua culpa patitur sibi debet imputare reg. damnum. de reg.iu.lib.6. ¶ Verum si pars hæc probaret timorem non subesse eandem iusta petere putarem; quia causa cessat. l.adigere.§.quanuis.ff. de iu
12 re patro.cum si. ¶ Planè † æquitas non patitur ut facta pace & deleta cautione ex parte unius, ex parte alterius remaneat nisi forsitan ratione timoris id fiat, & de pace uidetur probari ex cassatione attestationeq; de pace in decreto alterius, q̄a hæc correlatiua sunt, arg no.in l.fi.C.de indict.
13 uiduit.toll. ¶ Quęro † utrum clericus cōpelli possit ad dandam cautionem de non offendendo per iudicem secularē? uidi consultum q; sic pro quiete publica, & ad obuiandum scandalis, uel saltem clericus capi poterit ut remittatur ad

forum ecclesiasticum ut ibi caueat arg.not. per Bal. in l.si quis non dicam rapere.col.2.uers.sed q. C. de episcop. & cleric.Bar.in l.4.ff.de furtis.alleg Innoc in c.ut fama. ubi Panor.ex.de sent.excom. quatenus auté clerici subsint po testati laicorum latè Tiraq.de retra. §. 1.gl 8.nu.42.&.§. 32.gloss. 1.nu.80.& de retract.connen.§.4 gl.7.nu.9.

14 ¶ † Quæro iudex recepit cautionem hanc durante officio suo,& post per duos menses, elapsis duobus illis mésibus an sit finita fideiussio,ut aliter non sit delenda? quòd sic fa

15 cit,quia † cófinato aliquo ad beneplacitũ finito officio nó equirit alia reuocatio confiniũ sec not. p Doct.in l.cente simis.§.fi.ff.de uerb.obl. Bal.in procem.ff.§ hæc auté.cóf. 34.li.1.Dec.cons.61.cons.145.col.2.& limitata causa limi tatum producit effectum.l.in agris.ff.de acq.rer.dom.& ꝓ hibitum ad tempus post tempus césetur permissum.l.impe rator.ff.de postulando. Dec.consil.386. col.2. latè Tiraq. de retra.conuent.§.1.gloss.2.nu.44.Soz. iu.consil.63.col. 1.li.1.cons.130.per tot. li.eo. Alex. cóſ.17 col.1.li.2.cum his quæ cumulari possent. & aduerte quia si dubitatio oria tur circa quantitatem,qualitaté,& numerum mensium die rum anni, temporisve recurrendum est ad not.in l.cum bi sextus.ff.de uerb sig. Dec.in reg.ubi numerus ff.de reg.iu. latissimè Tiraq.de retra.§.1.glo.11.per tot.ubi Thracum vafritiem non approbauit quod promittentes non offende re per diem noctu offendebant.

¶ Quæro si iudex non habuisset successoré sed sibi pro alio tempore datus fuisset locus,uel datũ officium,uel renouatum idem uidetur dicendum;quia nó est idem officium, & intelligitur de præsenti iuxt.l.si ita ff.de aur.& arg. legat. unde fit quod is poterit cogere stante causa timoris partes ad renouandam cautionem de non offendendo;in proroga tione autem quid dicendum sit aliàs memini me scripsisse.

16 ¶ † Quæro reperitur ita scriptum Titius promisit nó often dere Mæuium sub pœna mille scutorũm,& nó dicitur cui promissum fuerit, uel si notario promissum fuerit nó dicit cuius nomine facta sit stipulatio, an ualeat? q non probat Bar.in l.1.col.2.ff.de iure fisci Bar.in l.arbiter.ff.de arbitris

ubi Al-

ubi Alberi.& Bal.Ancharan. consil. i.Baldus Nouellus in tracta.de dote special.78. Deci.cons.531.col.fina.Corne. cons.248. col.3.li.4.Aret.instit.de adoption.§. cum auté. nu.12.Bal.cons.114.super primo.li.2.Corn.cons.211.lib. 3.cons.220.col.4.lib.2.Notarius enim stipulari debet nomine talis,aliàs promissio erit sine causa.l.2.§. circa.ff.de
17 exceptionibus.¶ Non obstat † quòd iuramentum facit ualere actum omni meliori modo; quia respondetur quòd procedit catenus quatenus id sit possibile; impossibile autem est quòd ualeat hæc stipulatio; quia deest cui promittatur, nec ualet in uim pacti;qa alteri pacisci nemo potest.l.si tibi.§.pactũ.ff.de pactis Roman.in l.stipulatio ista.§.alteri. ff.de uerb.oblig. ubi uoluit. ¶ Quòd iure canonico alteri qs stipulari sit Corn.cons.221.col.3.li.3. cons.220.col.4. li.2.& dicitur ꝙ iuramentum per se non obligat,ut in l.si quis ꝓ eo.ff.de fide.ad hæc Ias.in d.§.alteri.limitat.5.Fe-
18 lyn.in proœm.Gregorii col.5. † clausula quoq; omni meliori modo non trahitur ad incognita Felyn. in c.cũ super. in fi ex.de of.dele.ut nõ operatur, ubi deest cõsensus Soz. iu.cons.45.col.fin.lib.3.& non trahitur ad extrinseca Soz.
19 iu.cons.91.col.fi.li.3.¶ Aduertendum quoq; est, † quod si promittatur simpliciter non offendere,nec adiiciat pœna, uidetur quod agi possi. de pace rupta,& actione iniuriarũ, ut per Bart. in l.non est impossibile.ff.de pactis,ubi Paul. Castrens.quibus ego adderem quòd agi posset, ad damna & expẽsas in medicis,& amissa lucra, amissos amittẽdosq; quæstus propter negotiationem. l. liber homo. ff. ad leg.
20 Aquil.cũ simil. ¶ † Quæro aliquis promisit non offendere sub pœna centum scutorum,offenditq; bis diuersis uicibus utrum cautio bis sit rupta,an pro prima uice tantum?quid quid sit iure communi in reiteratione delictorum,& geminatione de qbus uariis in locis ut pulchrè ꝑ Bal in l. si qs id quod ff.de iurisd.omn.iud. in casu nostro intelligi puto de prima uice iuxt uulgariter notat.in l.bonæ.§. hoc sermone.ff.de uerb. signific.& scribitur per Alex.cons.115.li. 4.Ferretum in tit.de feriis.nu.101.¶Et forsitan dici posset ꝙ est noua causa licet iniusta, quia potest cõsiderari etiam

noua causa respectu delinquentis,ut contra regulam.l.itaque fullo.ff.de furtis ex delicto suo commodum consequatur propter odium huius cautionis. ¶Hæc tamen uera non sunt ubi apponitur clausula rato manente pacto,uel toties quoties uel uerbum aliquod repetitiuum iux. l.sicut.ff.quibus.mod.usufru.amitt.¶Et in aliis casibus, in quibus dispositio intelligitur ultra primam uicem de quibus per Tiraq.in l.boues.§.hoc sermone.ff.de uer.sig. ¶Et hinc cautio est,ut cum primum rupta sit cautio de non offendendo statim renouari fiat, quoniam pro prima uice regulariter intelligitur cautio hæc de non offendendo.

SVMMARIVM.

1 *Promissio facta est de non off. neque per se, neque per consanguineos,uel attinentes,uel cognatos suos, in dicta promissione tam actiuè,quàm passiuè, an comprehendantur bastardi siue spurij,siue alij naturales concl.quòd non,nu.5.& 10.*

3 *Bastardi,qui & naturales dicuntur,qui sint,qui spurij.*

4 *Naturales,spurij,incestuosi,& alij similes, omnes hodie dicuntur Bastardi.*

5 *De iure canonico omnes uidentur naturales.*

6 *Bastardi,iura consanguinitatis non retinent, & ibi circa bastardos quàm plurima congerit,usque ad saturitatem, per integrum folium, & ultra usque in finem cap.*

7 *Pax si habenda sit à filijs,non intelligitur à bastardis.*

8 *Affines propriè sunt quando duæ agnationes, uel cognationes diuersæ,per nuptias inter se copulantur.*

9 *Statutum cogens ad compromissum, uel ad cauendum pro filijs, non habet locum supra naturalibus.*

Castitati num debeat præualere luxuria.

Bastardi quõ veniant in hac cautione.Cap.XXXII.

1 ALIQVIS † promittit nõ offendere neq; per se,neq; per cõsanguineos suos uel attinentes, uel cognatos, uel eidem promissum est, ut s̃. nõ offendi utrũ in supradicta cautione tã actiuè,

tie,quàm passiuè comprehendantur bastardi, siue spurii, siue alii naturales? antequàm ad decisionem huius quæstio
2 nis ueniam præmitto ꝙ †naturales quos bastardos quoque dicimus propriè dicuntur ii,qui nati sunt ex unica cōcubina domi honestè retenta loco uxoris affectione maritali, & utroq; soluto, ut habetur in §.si quis aūt defunctus.in aut. quib.mod.natura.& non sufficit in forma famulæ,ut latè ꝑ Alci.respect.effi. sui.in aut.de trient.& semiss.§.considere mus,& in rub.de concubinis,& est de mente Bar. in l.fin.ff. de concubinis,& in l.si.ff.de his quib.ut indig. Bal. in l.fi. C.de natu.libe.Cor.cons.9.memini.col.2. li.4. Alex.cons. 60.nu.8.li.2.cons.174.nu.5.li.5. Dec.cōs.433.nu. 14. Anc. cons. 187.Bertran.cons.6.lib.1.Alcia.de præsumpt. reg.2.
3 præsumpt.5.nume. 4. & ibi nume.5.dicit † ꝙ filii quos aliqui habent ex famulabus suis, licet non coniugatis, dicuntur spurii non naturales,& ibi alle.Bal.in l.eam quam.col. 7.C.de fideicommis.& dicit Bal.in cons.252.recordor me. li.1.ꝙ pauci sunt uerè naturales propter multa,quæ requiruntur ad concubinatum,& tandem concludit ibi Alciatus ꝙ filii in dubio præsumuntur spurii,& non naturales non
4 probatis supradictis qualitatibus.†Hodie tamen & spurii, & naturales,& incestuosi, & alii de quibus per Franc. Rip. in l.ex facto.§.si quis rogatus.col. 1.ff. ad trebellia. intelliguntur siue dicuntur vulgari sermone bastardi. ¶Et iure canonico inspecto omnes naturales uidētur,ut ꝑ Aymo. Crauettam cons.166.& naturales tantum quoque:quia dictio tantum ad legitimos refertur, ut per Gapitium decis.32.& quidquid sentiant apostillæ ad.§.1.insti.de adop. & de materia Afflictus decis.96. Alex.cons.128.col.fi.lib.1.Decius d.cons.433.Ripa de senten.& re iudicat.resp.primo.col.4.
5 Reuertor nunc ad quæstionem propositam † ꝙ supradicti
6 non comprehēduntur in supradicta cautione;†quia Bastardi iura consanguinitatis non retinent ut firmat Bal.in l.fratres.nu.1.C.de inoffi. test. in l.certum. col.3. nu. 8.uer.ex quo apparet.C.unde legit.Ang. in l. si spurios. ff.und. cognat.per illum tex.habetur in §.fi.in aut.quibus mod.naturales efficiantur sui.

¶Inde Bastardus non dr̃ coniuncta persona sec. Inno. in c. nonnulli.ex.de rescriptis.Bal. in l cum acutissimi. C.de fideicom. ¶Et ideo Bastardus non agit tanquam coniuncta persona sec.Guilie.Benedict.in repe. c.Raynutius. in uer. Raynutius.nu.36.ex. de testamentis. nec dicuntur esse de genere patris,ut ibi per Guiliel,nu.33.Et dicit Bal.in l. generaliter.in fi.C.de insti. & subst. ꝙ bastardi propriè iure, aut cõsuetudine,nõ sunt de domo nec de familia,siue agnatione patris. Et bastardi non sunt testes omni exceptione maiores,nec ex eorum testimonio deferri potest iuramentum in defectum semiplenę probationis, nec possunt bastardi iurare ex statuto ꝙ credatur iuramento damnum passi,Mars.sing.273.notissimum.Caccialup. in l. admonendi. nu. 112 uer. 25. fallit ubi & alii.ff.de iureiur. Item bastardi sunt infames infamia facti,Bal.in l. 1.C.de iure aureo.anu. Azo.in sum de natura.li.Ias.cons.154. col.6. li.2.quæ uel per legitimationem, uel quoduis commentum tolli non potest.l.2.ff.de operis liber. Azo in summa.C.de infamib. Alex.in l.3.in prin.ff.de lib.& posthu. cons.25.col.2.cons. 67.cons.84.li.1.Bal.cons.60 col.2.cons.373.li.1.Cur.sen. in repet.l.admonendi.col.3.ff.de iureiuran.Ias.in l.fratres in fi.C.de iure deli.Marsi.sing.273.& licet intersit reipub. eam hominibus repleri, tamen non bastardis interest eam repleri,ut per Franc.Rip.in l. 1.ff.solut. matri. & uæ miseræ illi familiæ, quam per bastardos sustineri quidam uoluèrunt de quibus per Tiraq.de utroq.retra.§.1. glo.8.nu.10. & in repe.l.si unquam.in uer.susceperit.nu.67.C.de reuo. dona.melius enim ei fuisset si nata non fuisset.Genus enim hoc ex urbe in syluas ut pestiferum coniiciẽdum esset. omnia enim hinc mala, & credibile est malos omnes improbosque spurios esse; degenerant enim à bono.Quòd si qui bastardi probi uiri habiti sint, hos non esse bastardos credere debemus.
7 †& si pax habẽda sit à filiis, non intelligitur à bastardis Ang. de male.in uerb.in termino defensionis. Ferret.de feriis nu.113. Item generalis regula constitui potest nempe ꝙ ubicunque uerba contrahentium uel legis, uel alia quæuis dispôsitio utitur uerbis in ius sonantibus tunc
nunquàm

nunquàm bastardi comprehunduntur ut si dicatur agnatio familia domus Bar.in l.tutelas.ff.de capi.dimnut.in l.fi.nu. 2.uer.isto casu.C.de uer.sig.Cor.cons.169.nu.8.li.3.Imo. in l.ex facto. §.si quis rogatus. nu. 7. uersi. item prædicta, ubi Alex.nu.25. ff.ad Trebell.¶Ex quibus sequitur q̄ bastardi non sunt affines, item non sunt consanguinei; quia hæc nomina sunt iuris,non autem naturę. l.post consanguineos.in prin.ff.de suis & legiti. l.non facile.§.affines.ff.de grad.affinit.Imo.in d.§.si quis rogatus.nu.11.ubi Alex.nu. 35.Item facit:quia licet ex copula illegitima sequatur affinitas iux.c.discretionem.ubi Abbas nu.6.ex.de eo qui co-
8 gnou.consang. uxo. suæ tamen† affines propriè sunt quando duæ agnationes,cognationesve, quæ inter se diuersæ sunt per nuptias copulantur, & altera ad alterius cognationem accedit.iux.no.in §.affinitatis.insti.de nuptiis in l.nō facilè. §.affines.ff.de gradib.affini.Item spurius non habet neque agnationem,neque cognationem ut dicit singulariter tex.in l. si spurius.ff.unde cognati, quæ licet loquatur in spuriis tamen habet locum etiam in naturatibus, ut latè scribit Aymo qui ad hoc plura, adducit cons.138. nu.5.& seq.uer.quarto probatur.Quare nec attinentium appellatione cōtinentur spurii,quia attinentium appellatio æquipollet appellationi coniunctorū,ut per Paris. cons.29.nu. 19.li.2.

¶Coniunctio autem ut diximus cum sit nomen iuris,non refertur ad naturales Imo. in d l.ex facto.§.si quis rogatus nume.11.uer. & per prædicta, & facit Alexan. consil.69. nu. 10.uer.quia tales.li.2.Item in materia odiosa exorbitātive filii appellatione non comprehenduntur bastardi, ut p Imo.in d.§.si quis rogatus.col.6.uer.sinautem cōstō;ubi Alex.nu.31.uer.& his modis facit hanc regulam & dicit esse.cōm.opinio.& idem no. Ias.per illum tex.in §.cum autē nu.4 l.generaliter.C.de insti.& substitut. ex quo Alex.in
9 d.§.si quis rogatus.nu.48.dixit q̄† statutum cogens ad compromissum uel ad cauendū pro filiis nō habet locum in naturalibus,q̄ in attinentibus,& coniunctis latissime sequit̄ Rui.cons.9.li.3.dicens,hoc esse ex largo nomine & fauore

& ra-

& ratione subiectæ materiæ naturaliter, nisi usque in talẽ
gradum, quia ut spuriis nõ est gradus secundum Castr. ubi
alle. Item ubi supra Alex. nu. 55. q̀ statutum loquens de oc
cidente aliquem de domo tali, uel de casata tali non habet
locum in naturalibus, & nu. 53. dicit q̀ astringens aliquem
de domo ad soluendum pro consortibus non habet locum
in naturalibus. ad hæc alia congerit idem Alex. cõs. 60. nu.
9. cum seq. li. 2. Item ubi fit mentio consanguineorum, uel
affinium p enumerationem graduum non uerificatur in na
turalibus in quibus non datur gradus; ut declarat Alex. in
d. §. si quis rogatus. nu. 35. ubi refert Dy. & Paulum ita con
suluisse in statuto cogente consanguineos usq; in tertium
gradum ad compromissum ad hęc uide Fely. in c. in p̄sentia
10 nn. 36. ex. de proba. † & ita q̀ in hac cautione non compre
hendantur bastardi scribitur latè per Marsi. sing. 139. dixi
tibi superius. ubi multa, alle. Spurii tamen ex matre habẽt
cognationem Marant. de ordi. cog. in tit. de compromiss. &
uide in materia Boer. decis. 127. ubi quoque appellatione
spuriorum q ueniãt. ¶ Sed est aduertẽdum: qa si dicimus q̀
bastardi non comprehendantur actiuè, hoc est q̀ ipsi offen
dentes non rumpant cautionem, sequitur q̀ ipsi melioris
conditionis erunt, quàm legitimi, q̀ esse non debet ne ca-
stitati præualeat luxuria. §. fi. in aut. de resti. & ea quę parit
gl. in c. statutum. de hær. in 6. Doct. in l. quisquis. C. ad leg.
Iul. maiesta. Alex. post Imol. in d. §. si quis rogatus. nu. 24.
& nu. 31. uer. quæ conclusio. ff. ad trebellian. ex quo dixit
Paulus Castrensis in d. §. si quis rogatus, & Alex. in præal-
leg. cons. 60. nu. 11. q̀ licet ex statuto de compromissis prę
alle. Bastardus non possit cogere coniunctum ad cõpromit
tendum, coniunctus t\u0303n poterit cogere bastardum ad com-
promissum. ¶ Sed respondetur quòd materiæ sunt diuer-
sæ, & in hoc pręsertim est aduertendum quòd bastardus nõ
ipse teneretur sed alium in pœnam faceret incidere, quod
non est permittendum, quoniam illorum adeo peruersa est
natura, ut non solum delinquerent, ut aliis præiudicium
facerent: sed ipsi paterentur se decoriari ut alios ad æqua-
litatem sibi miseriæ saltem propter incommoda redigerẽt
quid-

quidquid Franc. Rip. dicat in l. si unquam. q. 28. C. de reuo. don. uerum tamen est quod si promittatur pro suis pro sequacibus, pro complicibus, pro accessoriis, & huiusmodi bastardi hi comprehēduntur iux. no. per Fel. in d. rub. de treu. & pac. nu. 11. & supra dixi. Legitimatum tamen quauis legitimatione in supradictis casibus contineri putarem iuxt. no. per Rip. & Tiraq. in l. si unquam. C. reuoc. don. & idem Tiraq. de retract. conuent. §. 1. gl. consanguineos. nu. 10. Itē nota quod pater non tenetur dare cautionem pro filio spurio, ut per Dy. in quodam consilio inserto inter consilia criminalia, prȩsertim cum ex consuetudine promittatur non offendi usque ad gradum sec. Castr. & Rui. ubi supra & opin. Dyn. sequi uidetur Alex. in l. ex facto. §. si quis rogatus. 1. nu. 49. ff. ad Trebell.

SVMMARIVM.

1 *Dubium si contingat an aliqui comprehendatur in hac cautione, uel non comprehendatur, iudicandum ne sit eos comprehendi, uel non comprehendi? concl. quòd non per quatuor regulas ut ibi.*

3 *Verba debent interpretari contra eum, qui potuit apertius legem dicere.*

4 *Pœna non habet locum, ubi non fuit expressa.*

5 *Extensio, non est facienda ad non expressa.*

6 *Cautio in dubio pronunciari debet non esse rupta, nec pœna commissa.*

7 *Filij adoptiui uel arrogati, an comprehendantur in cautione de non offen. coniunctos?*

Statutum quòd stantibus filijs masculis, non habet locum in adoptiuis.

8 *Cautio de non off. coniunctos tam actiuè, quàm passiuè, an comprehendat compatrem, uel filios spirituales. post argumenta pro, & contra facta concl. quod non. nu. 10.*

9 *Agnatio spiritualis, maior est quàm carnalis.*

10 *Verba naturaliter intelliguntur.*

11 *Verbum, suus, quatenus extendatur in cautione de non offen.*

suos,

suos, uel offendi per suos.

12 *Verbum, suus, quid importet.*

13 *Fideiussio recepta pro his qui nominabuntur, per talem, si ab eo non fuerint nominati, nominatio non fiet per hæredem, uel alium successorem: quia ius declarandi non transit ad hæredes quando præiudicium tamen non afferretur ex declaratione.*

14 *Agens ad pœnam cōuentionalem, præsertim ut obtinere possit, prius probare debet, se pro parte sua impleuisse.*

15 *Offensus ab eo, à quo cautionem recepit petens pœnam, non debet probare se prius adimplesse, ratio ibi.*

16 *Negans contrauenisse, habet præsumptionem pro se, quare non tenetur probare.*

Nemo præsumitur deliquisse.

Allegans debet probare, quia uidetur allegare nouam causam.

Pœna debet esse liquida.

17 *Cautio de non offendendo per coniunctos. an procedat, uel ne?*

18 *Promittens factum alienum non tenetur. quinimmo promittēs factum proprium de facto alieno, si fecit, quòd potuit, obligatur. declaratur tamen & fallit ut nu. 21 remiss.*

Culpa caret, qui scit, & prohibere non potest.

19 *Multum præsumitur contra tenentes satellites, & alios homines malos.*

20 *Cautela, ut promittens non teneatur.*

21 *Alteri pacisci, neque cauere nemo potest, nisi eiusdem intersit, uel notarius stipuletur interesseq; probandum est, ab eo, qui illud asserit, quod forsan posset esse inæstimabile.*

22 *Promissio facti alieni, ualet in prætorijs stipulationibus.*

23 *Promittens non offendi per consanguineos suos, præsupposito quòd teneatur, ex eorum delicto, utrum contra prædictos consanguineos habeat actionem, ad recuperādum id, quod eorum culpa, damni passus fuit concl. ut ibi per distinctionem.*

Ratificatio, mandato comparatur.

24 *Promittens quid, sub conditione, si Titius talem offenderit, non uidetur ualere promissio, si Titius sit amicus stipulantis, quia uidetur dari materia delinquendi.*

Si dubium

Si dubium contingat an aliqui conprehendatur in cautione hac, quid iuris, & de aliisquæ in materia. Cap. XXXIII.

1 QVAERO † si quando dubium contingat an aliqui comprehendantur, uel non comprehendantur in cautione supraſcripta in dubio debet ne iudicari eos esse comprehensos, uel non compre
2 hensos? In dubio † prima regula. sit quòd contra fiſcũ. l. non puto. ff. de iure fisci de cuius intellectu quandoq; ſcripsi in epiſtolis meis, & tãgitur p Doct. in l. ĩ ambiguis. ff. de reg.
3 iur. ¶ Secundam regula sit q uerba debent interpretari cõtra eũ, qui potuit apertius legem dicere. l. ueteribus. ff. de pactis. l. quidquid aſtringendæ. ff. de uerb. oblig. Alex. in materia conſ. 112. nu. 4. li. 2. ſcribitur in reg. in contrahenda. ff. de reg. iu. & dixi in libro de interpretatione uerborũ.
4 ¶ † Tertia regula eſt quòd pœna non habet locum ubi non fuerit expreſſa. l. & si quis. §. Diuus. ff. de relig. & sũp. fun.
5 † & non eſt facienda extenſio ad non expreſſa Iaſ. in l. si ita ſtipulatus. §. Griſogonus. ff. de uer. obli. nu. 52. & 53. ubi in materia loquitur, ad hęc Ale. conſ. 113. col pe. lib. 1. Alex. conſ. 33. col. pen. li 1. Aymo conſ. 205. col. 7. Rip. in rubr. ex. de iudicijs. nume. 15. Soz. iun. conſ. 3. colum. fina. lib. 3. Decius, & alii in l. factum. §. in pœnalibus. ff. de reg. iu.
6 ¶ † Quarta regula sit quòd in dubio pronuntiari debet cautionem non esse ruptam, & pœnam non esse commiſſam; quia benignior facienda eſt interpretatio. l. si de interpretione. ff. de pœnis Bart. in l. cum pater. §. libertis de leg. 2. in l. 1. §. cũ arietes. ff. si quadrup. paup. feciſ. dicatur Corn. conſ. 51. li. 2. Dec. conſ. 406. col. fi. li 3. ¶ Ante delictũ commiſſum tamen, ut materia delinquẽdi præcidatur ad declarandum contineri nos procliuiores exiſtimarem ut in materia de uſuris à Decio quãdoq; reſponsũ memini. ¶ Et ita si dubitetur an aliquis sit agnatus, uel offenſus & cõprehẽſus in cautione decidetur ante cõmiſſũ delictũ arg. not. per Bar in l. quemadmodum. C. de agri. & cenſ in l. 2. §. exercitiũ. ff. de his q not. infam. Rom. conſ. 105. uiſo themate De

cius

cius conf.65.& in l.factum.§.in pœnalibus.ff. de reg.iur.& ex ibi dictis multa ad interpretationem pœnæ huiusmodi, & ad illud, quod lex pœnalis dr æqua Dec.in c. quoniam.col. 2.ex.de probationib.in l.qui se patris.col.fi.C.und.liberi. Claud.in l.ut uim.col. 18.ff.de iusti.& iu Crot. in c. ut animarum col.fi.de consti.in 6.Cag.in reg.in omnibus. col.fi.
7 ff.de reg.iu. ¶†Quæro data cautione de non offendendo coniunctos an comprehendantur filii adoptiui, uel arrogari? quod non facit l.si ita.§.fi. de leg.2. c.1.§.adoptiuus. si de feud.fuer.cont.int.domi.& agn.& quod no. Ang.in l.iubemus C.ad Trebell.qui uoluit illam legem non habere locum in adoptiuis, & notatur in l. cum acutissimi.C.de fideic. & in l.cum auus.ff.de condi.& demonst.& quod statutum quod stantibus masculis filiis non habet locum in adoptiuis secūdum Anan. conf.27.uiso casu Iaf. in l.quicunque. §.prætor ait. ff.de in ius uoc. Alex.conf.40.col.fi.lib.4.& per Doct.in l. ex facto.§. si quis rogatus.ff.ad trebel.& per Rip.& Tiraq. in uer.susceperit in l.si unquam.C.de reuoc.dona. & de retra.§.1.gl.8.nu.16.

8 ¶†Quæro data cautione de non offendendo coniunctos tā actiuè, quàm passiuè an comprehendatur compater, uel contra filius spiritualis? vr quod sic quoniam sunt qui putent hos sine mandato agere posse quasi coniunctas personas, ut per Doct.in c.coram ex.de of.dele.Fely.in c. nonnulli.ex. de rescriptis, & ut supra diximus hi petunt inuicem pro se cautionem huiusmodi licet non possint inuicem sibi esse testes ut nec adoptans nec adoptatus sec. Bal.in l. generali
9 ter.ff.de in ius uoc.†& agnatio spiritualis maior est, quàm carnalis gl.27.q.2.c.qui dormient, & mulier non prohibetur pro his accusare Bal.in l.1.C.qui accusare possunt, & latius scribit Alex.conf.34.uiso processu, li.3.licet in testimonio contra Alex.conf.42.col.pe.li.3.& conf.237.col.2. li.6.ex no.per Bal.& Saly.in l.parentes.C.de test. ¶Con-
10 tra tn puto†quia uerba intelliguntur naturaliter.l.fi.C.de his qui ueniam impetrar. Alex.conf.2.col.1.& 2.li.1.Dec. conf.156.conf.541.col.2.Fely.in c.2.in fi.de testi.& in rubri.ad fi.de maio.& obedi. Soz.iu. conf.63.col.antep.li.3.

Tiraq.

Tiraq.de retra.§.1.gl.11.nu.7.& in potiori significatu re-
11 tractus conuent.§.2.gl.1.nu.8.¶†Quæro data cautione nõ offendi per suos uel non offendi suos quatenus uerbũ suus
12 extendatur? non est ignotum†suum importare posse,& dominium & possessionem,& tenutam,siue detentationẽ, itẽ iurisdictionem,familiam,authoritatem , & huiusmodi , & ꝙ in potentiori significatu importet dominium iux. not.in l.malum.§.fi.ff.de uerb.sign.l.quintus. §.argento.ff.de auro,& ar.leg.& in rub ff.de op.no.nun cum hoc ergo à iure non sit expresse definitum idem remitterem ad arbitrium iudicis iux.no.in l.1.ff.de iure delib.
13 ¶Quæro† fideiussor receptus est pro his qui nominabũtur per talem,si ab eo non nominentur nominatio non fiet per hæredem,uel successorem alium ; quia ius declarandi non transit ad hæredes Dec.in l.hæredem.ff.de reg.iu.in l.edita.C.de eden.Ias.in l. inter stipulantem. §.Stichum.nu.6. ff.de uerb.oblig.Vbi limitat quando non afferretur preiudicium ex declaratione.
14 ¶†Quæro propositio quædam est ꝙ agens ad pœnam conuentionalem præsertim ut obtinere possit.l.Iulianus.§. offerri.ff.de act.empt.Bal.in c.1.qualit.dom.propr.feud.priuet.in usib.feud. Alex. cons.212.nu.3.lib.2. cons.132.nu. 3.lib.7.Paris.cõs.34.nu.21.lib.5.Alex.cõs.66.nu.24.li.6.
15 † offensus ab eo à quo cautionem receperat petẽs pœnam utrũ probare debeat se prius adimplesse? vr̃ sic ex ꝑdictis.
16 ¶Contra tamen puto ; quia †hic negans se contrauenisse habet præsumptionem pro se quare non tenetur ut scripsi in lib.de proban.negat.& nemo præsumitur deliquisse.

¶Et ille qui ita allegat uidetur allegare nouã causam quare sibi probandum est ut dicimus in eo , qui dicit se fecisse ad defensam sec.not.in l.ut uim.ff.de iusti.& iure.

¶Allegata ergo in contrariũ procedunt quando illud erat implendum ꝙ impletum non præsumitur nisi probetur, & ita intelligantur notata per Ang. cons.44.fratres Seruorũ. Cor.cons.354.in causa uertente.li.1. & scripta per Dec.in l.cum proponas.C.de pactis. in l. eum.§.fi.ff.de reg.iur.& ꝙ dr̃ pœna debet esse liquida Dec.cõs.313.Affl. Dec.295.

Paris.

Parif.conf. 109.conf. 110.nu.42.li.1.Ferrat. Caut.43 Dec. in reg.impossibilium.ff.de reg.iu. item culpa caret.&c. ité nullum crimen &c.ut per Dec. & Cagn. in reg. culpa & in reg.nullum crimen.ff.de reg.iu.licet multum præsumatur contra tenentes homines malos.

17 ¶ †Quæro uidetur q cautio hæc de non offendendo proce
18 dat an non? q non procedat facit, †quia promittens factũ alienum non tenetur. l.stipulatio ista.§.1.ff. de uerb.obli. quinimo promittens factum proprium de facto alieno, ut si quis promittat se facturum & curaturum q talis faciet si fecerit quidquid potuit non obligatur sec.communem opinionem de qua per Franc.Rip.in l.q te.ff. si cer.pe.nu.44. Alci.in l.4.§.Cato.ff.de uerb.ob.Dec.conf.313.Affl.deci. 295.Parif.conf.109.conf.110.nu.42.lib.1.Ferra.caut.43. Dec.in reg.impossibilium.ff.de reg. iu.item culpa caret & in l.nullum.ff.de re.iur.ubi q †multum præsumitur contra tenentes satellites huiusmodi,& alios homines malos. factum enim alienum est non facere iux.no.in d.l.4.§.Cato.
20 ff.de uerb.ob. ¶ †Quare forsitan non mala esset cautela q ad configendos oculos Cornicum promittens per coniunctos non offendi publicè,uel sigillatim coniunctos moneret ne cautionem huiusmodi frangerent, quia hac facta dicere possemus dictum promittentem non teneri.facit quia is fecit quantum potuit ut id impleretur ne quisquam offenderetur ut per Soz.in l.iureciuili.ff.de cond.& demonstra.Dec.& Cagnol.in l.in iureciuili.ff.de reg.iuris.

21 ¶ †Hanc opinionem tñ si teneamus dicendum est, q ea recipiat omnes declarationes,& fallentias, quę ponuntur ad regulam,q promittens factum alienum non tenetur,de q. bus per Ias.in d.l.stipulatio ista.§.1.ff.de uerb.ob.Dec.in l. fi.ff.si cer.pet. Rip.in d.l. q te.latissimè Alciatus in l.4.§. Cato.ff.de uer.ob.Parif.conf.110.li.4.conf.117.li.1.& notandum est quod uoluit Fed. de Senis. conf.122. ad finem Gozad.conf.27.nu.11.Crammat.q.2.Capella Tholos.decis.291.Tiraq.de retra.§.1.gl.11.nu.120.ad hæc Bar. & Castrensis in l.non impossibile.ff.de pact.& no.in reg.impossibilium.ff.de reg.iu. ¶ Planè contra hanc cautionem præ- terea

terea instari posset; quia non vr̃ q̃ procedat ex parte eorũ, quos non offendi promittitur; q̃a alteri pacisci, cauereq; nemo p̃t ut ꝑ Deci. & Cagn.in l.quo tutela. §.fi.ff.de reg. iu.in l.stipulatio ista.§.alteri.ff.de uer.ob. ¶ Nisi eiusdẽ interfit uel notarius stipuletur interesseq; probandum est ab eo, qui illud asserit de quo in l.3.ff.de proba. Bar. in l.non impossibile.ff.de pactis q̃ forsitã esse p̃t inęstimabile. l nõ vr̃.§.fi.ff.de reg. iu. quare non male adhibetur pœna circa hoc ut per Dec.& Cagnol.in reg. impossibilium.ff. de reg. iu. ¶Ex hisq; forsitan notare licebit q̃ hæc stipulatio non

22 est prætoria; quia† in prætoriis stipulationibus ualet promissio facti alieni, ut ꝑ Affl.in const.regni sumitate.col.2.

23 ¶†Sed præsupposito q̃ promittens non offendi per consanguineos suos ex eorum delicto teneatur, utrum contra prædictos consanguineos habeat actionem ad recuperandum id, q̃ eorum culpa damni passus fuit? Si ab his consanguineis ratificatum fuit puto dari actionem mandati; quia ratificatio mandato comparatur reg.ratihabitio.ff. de reg.iu. ¶Cęterum si ab iisdem ratificatum non est, non reperio ꝓmittenti ut supra actionem dari nisi ex dolo fieret; quia cũ iis neq; re, neq; uerbis, neq; literis, neque consensu, neq; ex maleficio, uel quasi contractum est. ¶Nisi extra ordinẽ ex latissimo officio iudicis actionem contra talem consanguineum offendentem dari dicamus iux. tit. de extraordinariis cognit.uel de extraordinariis criminibus.¶Conside ra prętereа ad id, q̃ dicunt Doctores in l.si plagii.ff. de uer

24 bo. oblig. hoc est† si promittitur si Titius plagium fecerit q̃ non ualet si Titius amicus sit stipulantis.¶Sic promitto si Titius offenderit si amicus sit stipulantis uidetur non ualere; quia uidetur dari materia delinquendi, ut per Bar.& Franc. Rip.in d.l.si plagii.ff.de uerb.oblig.

SVMMARIVM.

1 *In cautione de non offendeudo intelligitur exceptum, nisi lege permittente fiat.*

2 *Hominem homini insidiari licet nephas si tamen lege permittente, bannitus occidi poterit.*

3 *In hac promissione an ueniant banniti, uel post uel, rebanniti*

uide ibi remiss.

4 *Promissio facta fuit de nõ off. alium quoquomodo, postea eum offendit inter ludendum, uel iocandum, per hoc non dicitur cõmissa cautio uel stipulatio, uel promissio.*

5 *Iniuriosa manus non dicitur illa, quæ iocatur.*

Ludus noxius, non uidetur prodesse.

Nimia sæuitia, imputatur culpæ.

6 *Cautio de non off. non frangitur, nisi fiat animo iniuriandi.*

7 *Cautionem de non off. non comprehendere hinc, inde coniunctos conclusum suprà fuit: si modo inter consanguineos detur hæc cautio, ita ut non nisi coniuncti utrinque stipulantis, & promittentis sint, an comprehendantur in hac cautione? uide ibi concl. cum distinctione.*

Verba semper debent aliquid operari.

8 *Cautio de non offen. an rũpatur per leuem, uel latam culpam? uel requiratur dolus? ibi.*

9 *Statuta punientia homicidã, intelliguntur si dolo id factũ sit.*

Iniuria, ex sola culpa contrahitur.

10 *Castigantes ex nimia sæuitia, ut maritus, pater, auus, tutor, & similes, nisi adsit dolus, cautionem hanc non frangunt.*

Delictum, per lasciuiam commissum, mitius punitur.

Delictum impetu commissum, minus castigatur.

Homicidium impugnando pancratiove perpetratũ, mitius mulctatur.

Lubricum linguæ ad pœnam trahi non oportet.

Delictum imprudentia, commissum, non castigatur seuerius.

11 *Minor restituitur, uel mitius punitur aduersus hanc cautionẽ, cum ipse non sit principalis.*

12 *Si quis putans offendere Titiũ cũ quo cautio non intercesserat, offenderit Mæuium cũ quo cauerat, nõ punitur pœna treugæ, pacis, cautionisve ruptæ; quia abest dolus. Et de iure cõi debet puniri extra ordinem, non corporaliter ut homicida.*

Percutiens clericũ, putans eum esse laicum, non est excõicatus.

Offendens furantem, uel alium, pro defensione rerum suarum, non rumpit cautionem.

13 *Volens offendere Titium, si offendat Mæuium mediatorem, cũ quo cautio erat, non tenetur pœna huius cautionis ruptæ, uide ibi*

de ibi

de ibi distinctionem.

Medicus per imperitiam offendens, pœna cautionis ruptæ non mulctatur.

Si quis per impotentiam offendat, non tenetur.

14 *Putans arborem, uel murans, si ramo, uel lapide labente offenderit illum cui cauerat, non tenetur.*

Qui offendiculum ad capiendum fures tetendit, in quo aduersarius suffocatur est, non tenetur.

Qui accurrens ad clamorem offendit consanguineũ suum, uel si uenit accessoriè ad alium, excusatur, ut non fregerit cautionẽ.

15 *Qui fecit ad sui defensam, non dicitur fregisse cautionem; quia dolus abfuit, & fecit lege permittente.*

Vasallus se defendens, et offendens Dominũ, nõ priuatur feudo.

16 *Offendens clericum inuentum cum matre, uel uxore, non incidit in censuras ecclesiasticas.*

Vassallus, iure non recipit Dominum, in ciuitate ad non infectã dam urbem.

17 *Qui se defendit, & offendit donatorem, non incidit in pœnam. l. de reuoc. don.*

18 *Si quis calore iracundiæ offenderit eum, quem nõ offendere cauerat, nõ frangit cauere, quia dolus abest, quòd nõ esset in affectatis, uel si iracũdia fuisset sine causa, uel ex uitio naturæ.*

Affectatio excusationem non tribuit.

19 *Offensio facta ab ebrio, non frangit cautionem, nam eius dispositio non ualet, ut nec testari, nec testimonium dicere, nec matrimonium contrahere posit, nisi per dilucida interualla.*

20 *Ebrius blasphemans, non tenetur pœna. c. fi. de maledictis.*

21 *Furiosus, insanus, mentecaptus, sunt in eadem consideratione, ut non ualeat eorum dispositio, quòd tamen intelligendum est, si non habent dilucida interualla.*

22 *Dicens se ebrium tempore delicti, tenetur hoc probare.*

23 *Testi, deponenti super ebrietate, non creditur, nisi reddat concludentem rationem.*

24 *Genus hoc hominum de quibus in præsenti cap. licet non cõprehendatur actiuè, in hac cautione, tamen debet comprehendi passiuè ratio.*

25 *Afflictio non debet addi afflicto.*

An in cautione de non off. intelligatur exceptum, nisi lege permittente fiat ? & de alijs quæ in materia. Cap. XXXIIII.

1 QVAERO utrũ in cautione non offendi intelligit̃ exceptum esse, nisi lege permittente fiat q; sic tenent communiter doctores in l.qui seruum.ff. de uer.obl.& facit.l.q̃ro.§.inter locatorem. ubi Doc.ff.locati & no.in l.Grachus.C.de adult.& notata. in c.ueniens ex. de iureiu. & in l.quidam cũ filium ff.de uer.
2 obli.Item facit:quia† licet hominem homini insidiari nephas sit.l.ut uim.ff.de iusti.& iur. tamen lege permittente bannitus occidi poterit ut ultra alios per Franc. Rip. in l.si ex plagis. ff.de uerb.obli. ubi quid quoad peccatum in quo nec patri parcitur sec.Bar.in l.si adulterium cum incestu.§. liberto.ff.de adulteriis Anch.& Anan.in rub.ex.de iis qui fil.occid.Fely. in c. quę in ecclesiarum. col.2.ex. de consti. licet in hoc puncto plerique contrarium tenuerint de quibus per Fran.Rip.in l.fi.q.23.C.reuoc.dona.ubi examinat ex permissione legis an offendere liceat donanté ut ex hoc amittatur donatio ex.l.fi.C.de reuo.donat.unde specialius
3 dicunt q;† in promissione hac non ueniũt postea banniti ut per Alex.in d.l.qui seruum,ubi de communi, Iasonq; latè scribit.ff.de uer.obli.& quid si tempore promissionis erant banniti Marsi.sing.352.cons.9.cons.100.cons.107. Goza. cons.61.& quid si fuerit iuratum, & quid si fuerint aliqui rebanniti,uide ubi s̃.& per Hier.Grat.cons.44.lib.2.& supra quoque scripsi,& uide p Cepha.cons.35.nu.22.& seq.
4 ¶†Quæro aliquis promisit aliquem nõ offendere quoquo modo offendit,posteà intra ludendum iocandumve utrum committatur cautio, stipulatiove huiusmodi ? q; non facit:
4 qa† iniuriosa manus non dr̃ illa:quę iocatur c.1. ubi Pano. ex.de sent.excommu.glo.in c.contingit.eo.tit.l.illud.§.si quis per iocum.ff. de iniuriis. l. obligationum substantia. §.fi.ff.de act.& obli.ad hæc latè notata per Dec. in ludo pugnorum cons.9.& in lucta Aymo cons.67. & in pancratio. l.qua actione.ff.ad leg.Aqu.in ludo Pilę.l.item mela.§.1.

ff.ad

ff.ad leg. Aqui. ludus tamen noxius non uidetur prodesse. l. nam ludus. ff.ad leg. Aqui. ut nimia sæuitia imputatur culpæ. l. 4. §. fi. ff. ad leg. Aqui. aduerteque præterea circa præ
6 dicta; quia † cautio hęc non frangitur nisi fiat animo iniuriandi ut per Corn. cons. 44. col. pe. lib. 4.

¶ Quæro diximus supra hincinde coniunctos non compre
7 hendi in cautione de non offendendo, † quid si inter consanguineos, ut plerunque accidit detur hæc cautio ita ut non nisi coniuncti utrinque promittentis & stipulãtis comprehendantur in cautione? ꝙ sic facit: quia uerba semper debent aliquid operari. l. si quando de leg. 1. Alex. cons. 33. col. 2. li. 3. Fely. in c. in nostra. col. 3. ex. de rescriptis. Aymo cons. 13. nu. 24. cum his quæ quandoque latius cumulaui. Planè uel unum sufficere putarem; quia in hoc uerba operarentur iux. l. si fundus. ff. de fund. instru. ¶ Coniunctũ tamen uni parti magis quàm alii in ea parte prępollere putarem iux. l. cum quæritur. ff. de stat. ho. ¶ Aequaliter uero coniuncti non comprehendentur arg. aliàs dictorũ & not. per l. non solum. §. 1. ff. de rit nupt. Fely. in c. insuper, & in c. super eo. ex. de testibus ꝙ si & non mixti consanguinei sint de iis non intelligetur. Ex factione quoque hoc negotium perpendetur.

8 † ¶ Vtrum in frangenda hac cautione sufficiat leuis culpa, uel lata, uel requiratur dolus? puto requiri dolum nec sufficere, latam culpam ne dicam leuem; quia materia hæc no
9 stra est odiosa † & sicut statuta punientia homicidã intelliguntur si dolo id factum sit. l. cum autem. ff. de ædil. edict. Ang. in l. cum seruo. ff. de iniuriis. Floria. in l. scientiam. §. pe. ff. ad leg. Aquil. Ias. in l. 1. col. 3. ff. de legibus. Marsi. in l. 1. §. Diuus. ff. de sicariis. ita intelligerem in proposito li
10 cet non ignorem † iniuriam ex sola culpa contrahi. l. item apud. §. si quis seruo. ff. de iniuriis. ¶ Ex hoc dico quòd præceptor ex nimia sæuitia puerum castigans, item tutor, curator, maritus, soror, pater, auus & id genus castigans ex nimia sęuitia, excessu ve si dolus nõ adsit cautioné hãc non frãget. l. 3. §. fi. ff. ad leg. Aqui. c. fi. de ma. & obe. sic delictũ per lasciuiam cõmissum mitius punitur. l. lege Cornelia.

§.cum quidam.ff.de ficariis, Item delictum impetu commissum minus castigatur.l.respiciendum. §.delinquunt.ff. de pœnis. Cuma. consi. 134.uisis. Alex.consilio.140. uidetur.lib.2. Are.cons.80.sicut. & homicidium in pugnando, pãncratiove mitius mulctatur. Dec.cons.9.& lubricum linguæ ad pœnam trahi non oportet. l.tametsi.ff. ad leg. Iul. maiest.& generalius imprudentia delictũ cõmissum non castigaẽ seuerius.l.ferè in oĩbus.ff.de reg.iu.& ita in mediate cuius cã abortus factus est Fely.in c.solitæ,ex.de ma.& ob. Marsil.in l. si mulierem.ff.de sicariis & de non faciente in contemptum Cald.cons.4. de sent. excomm. Hæc faciunt
11 ad ea† ꝙ minor restituitur,aut mitius punitur aduersus pactionem huius cautionis cum ipse,non sit principalis.

12 ¶Ex his quoque dixi,ꝙ† si quis putans se offendere Titiũ cum quo cautionem intercesserat offendat Mȩuium, cum quo cauerat non punitur pœna treugȩ, pacis cautionisve ruptæ; quia abest dolus, & facit quia de iure communi in prȩdicto casu Ang.dixit in l.respiciendum.§.deliquunt.ff. de pœnis.¶Quòd talis ut s̃.putans se offendere Titium,& offendens Mȩuium non debet puniri corporaliter ut homicida,sed extra ordinem,& facit qa si quis percussit clericũ cum putaret se laycum percutere non est excommunicatus sec.comm.opi. Bar. in c.si uerò ex.de sent.excomm.facit.l. item apud Labeonem.§.si quis uirginem.ff. de iniuriis, & facit ꝙ dixit Franc.Rip.per prædicta in l. fi.nu.21.C.de re uoc. donat. ¶Hoc est ꝙ dispositio illius legis locum non habet si quis offendat donatorem cum uellet alium offendere.Ex his quoque iure dicitur ꝙ offendens sibi furãtem, uel alium pro defensione rerum suarum non rumpit cautionem Bar.in l.si in seruitute.ff.de furtis.

13 Ex prædictis quoq; infertur ꝙ† uolens offendere Titiũ si offendat Seium mediatorem cum quo cautio erat non tenetur pȩna huius cautionis ruptæ.¶Licet de iure communi quando quis offendat Mȩuium medium distinguatur aut dabat operam rei licitæ,aut illicitæ, & si quidem illicitæ ut extra ordinem puniri possit talis offendens iuxt. no. per Bar.& Ang.in d.§.delinquunt.Fran.Rip. in d.l.fi.q.21. C. de re-

de reuoc.dona.Item medicus per imperitiam offendẽs hac pœna cautionis ruptæ non mulctabitur. l.7.cum sequen.ff. ad leg.fal.unde & si per impotentiam quis offendat non te nebitur ut si ab alio impulsus fortè, uel aliter offendat.l.
14 item Mella.§.1.ff.ad leg.Aqui.† Item qui arborem putans uel mutans ramo,uel lapide labente offenderit illum, cui cauerat non tenetur.Idẽ in eo ꝗ offendiculũ ad capiendos fures tetendit,unde aduersarius suffocatus est. l.quemadmodum.l.qui foueas.l.si putator.ff.ad leg.Aquil.Idem in eo, qui ad clamorem accurrens offendit consanguineum suum,uel si uenit accessoriè ad alium excusatur ut non fregerit cautionem iuxta latè scripta per Marsilium sing.247.
15 in principio,item infertur,ꝙ† ille qui facit ad suam defensam,seu ab offenso,seu ab alio non dicitur frangere cautionem:qa dolus abest & fit lege permittente, facit ꝙ scribit gl.& Doct.comm.in c.1.§.porrò,quæ fu. pri. caus. benefic. amittendi hoc est ꝙ uasallus se defendens & offendens do
16 minum non est priuandus feudo,& dr̃ ꝙ† offendens clericum inuentum cum matre,uel uxore non incidit in censuras ecclesiasticas c.si uerò.1.§.nec ille ex.de sen.excommu. & ad non infectandam urbem uasallum iure dominum in ciuitate non recipere scribit Rip.in tract. de peste in 7. re-
17 med.ad conseru.ubert.& in d.l.fi.q.19.dixit† se defendentem & offendentem donatorem non incidere in pœnam.l. fi.C.de reuoc.dona. Bar. in l.1. §.cum arietes.ff. si quad. paup.fecis.dicat.in l.cũ pater.§.quindecim.de leg 3. Doc. in l.qui fidem.ff.de transa.Alex.cons.115.col.3.li.4.Cor. cons.42.col.2.lib.2.Paris.cons.164.col.fi.lib.4.

18 ¶†Infertur quoq; ꝙ calore iracundiæ offendens illum, quem non offendere cauerat; quia dolus abest non frangit cautionem:qa quidquid calore iracundiæ fit &c. iuxta.l. ꝗdquid iracundię.ff.de reg.iu.Ias. in l.si filiam.C.de inof. test.¶Sed in affectatis,non reciperem excusationem huiusmodi,quia affectatio excusationem non tribuit iux. no.per Dec.in d.reg.quidquid.Tiraq. de retra.§.35.gl.4.nu.26.& seq.idem si iracundia fuisset sine causa uel ex uitio naturæ iuxta no.in d.reg.quidquid astringendæ. ¶Infertur etiam

19 ¶ Infertur etiam † quòd offensio facta ab ebrio non franget cautionē; quia ebrij dispositio non ualet, ut nec testari, nec testimonium dicere nec matrimoniū contrahere possit, ut per Soz. cons. 47. facti narratione. col. 3. li. 3. Dec. cons. 112.
20 in præsenti consultatione. in primo dubio. † & dicit Abbas in c. fi. de maledicis, quòd capitulum illud non habet locū
21 in abrico blasphemante, † & quæ diximus de ebrio idem dicendū est furioso, insano, mentecapto, & huiusmodi, qui nesciunt quid agant. ¶ Vitia autem prædicta locum non habent quando habent dilucida interualla, ut quādo quis est parumper ebrius, ut in ijs, qui uino exhilarantur, non autē penitus inebriantur, item in ijs, qui post recuperatum sensum incedunt iactabundi ut uideantur delictum ratificare, ut de his latè per Francis. Rip. in d. l. fi. nu. 22. C. de reuoc. donat. ¶ Vbi à uitio ebrietatis, & à delicto propterea extra ordinem eosdem puniendos esse, & non liberari affirmat
22 item † quòd dicens se ebrium tempore delicti tenetur hoc probare, & quando præsumatur continuatio furoris, item furor quomodo probetur dixi in libro meo de prob. ne-
23 gat. † & non creditur testi deponēti super erbietate nisi reddat concludentem rationem Felyn. in c. causam. j. ex. de testamen. Bal. in l. furiosum. C. qui testam. fac. poss. & de materia. ¶ Et quis teneatur probare factum tēpore furoris uel non ultra prędicta, uide per Alex. cons. 141. per tot. lib. 1.
24 & per Dec. in reg. furiosi. ff. de reg. iuris. ¶ † Licet autem id hominum genus actiuè non comprehendatur in cautio-
25 ne hac tamē passiuè comprehendi debet; quia † non debet addi afflictio afflicto iuxt. no. in l. Diuus. ff. de his qui sunt sui uel alien. iur. l. tam dementis. C. de episcop. audient. Rip. in l. ex facto. col. 14. ff. de vulg. & pupill.

SVMMARIVM.

1 *Sempronius promisit non offendere Gaium, tamen manibus tactis, et adhibita uiolētia, eripuit è manibus ipsius Gaij, certas res, quas ipse portabat, non dicitur per hoc fracta cautio de nō off. quia requiritur tactus in personā, cū dolore, tumore, liuore, uel*

re, uel nulnere, nec sufficit sola strictura: Et hæc maximè procedunt si attestauit tollere, non tamen abstulit.

2 *Pax, licet rumpatur per castramentationem, tamen attestatio ad offensionem in personam, licet perueniatur ad actum proximum, non frangit cautionem de non off.*

3 *Aliud est offendere in personam, aliud offendere uoluisse. Conatus, regulariter non punitur, nisi sequatur effectus.*

4 *Promittens non off. retinet stipulantem in priuatis carceribus per hoc non frangit cautionem. ibi. 6. distingue ut numero. 7.*

5 *Carcer est mala mansio, & species quæstionis, & uidetur quòd sine dolore esse non possit.*

8 *Qui promisit non offendere Titium si eundem uolentem offendat non frangit cautionem, ratio ibi. 10. limit. 11.*

Nemo uidetur dominus membrorum suorum.

9 *Cautio de non off. non tantum respicit utilitatem priuatam, quã publicam.*

12 *Promissio facta est de non off. in rebus, & bonis, quatenus extendatur significatio illorum uerborum.*

13 *Verbi, Rei, latissima est significatio, & uerbi Bona, ita ut liber super hoc conscribendus esset.*

14 *Promissio de non off. in personam frangitur etiam si quis ita aliquem coegerit, ut in maximo periculo uitæ constitutus, & in maxima calamitate habeatur, licèt promissio de non off. simpliciter, intelligatur in personam, & non sufficiat in bona.*

15 *Læsio maioris partis bonorum æquiparatur læsioni corporis.*

16 *Decuriones, uel priores locorum possunt condere statutum, ut in aliquem euentum detur cautio de non off.*

17 *Edicta, quæ fiunt à nouo successore, ut renouentur cautiones de non off. ualent.*

26 ¶ † Quæro saluusconductus concessus est bannito sed non fuit publicatus siue præconizatus per loca solita, p̃sertim cum non fuerit deletum bannum & bannitus fuit per plures menses supportatus ut rebannitus post occisus fuit ab ignorante illum rebannitum ut s. & supportatum. An talis puniri debeat ut homicida? ꝙ nõ post Alex. & alios quos alle. Dec. scribit cõs. 327. primo. li. 3. Licet extra ordinẽ se
27 cus sit, † quia supportatus occisus est, ut per Cæphal. cons. 35. col. 5. li. 1. Ad hæc Dec. & Cagnol. in reg. qui cum alio. Marsi. sing. 77. sing. 340. sing. 372. & sing. 374. ¶ Et de occidente nulliter bannitum scribit Alex. cons. 77. lib. 3. quatenus, & quomodo liceat occidere nulliter bãnitum, & quid si pendet lis de nullitate banni Vantius de nullitat. pag. mihi 123. ubi multa alleg.

SVM

SVMMARIVM.

1 *Quidam fecit mandatum ad componendum, et tollendam cautionem, & adhuc rè integra, mortuus est, an post eius mortem possit tolli cautio & de ea componi? quòd sic ibi. 34.*

2 *Mandatum finitur morte mandantis re integra.*

3 *Cautio tollenda est facta pace.*

4 *Mandatum ad faciendam pacem morte non extinguitur, etiam re integra.*

5 *Minores quatuordecim ann. maiores tamen septennio, possunt recipere hanc cautionem, & tenentur illam dare etiam sine autoritate, & decreto Iudicis, et in hac cautione comprehēduntur actiuè, & passiuè, exēplo pacis, quam facere, & recipere possunt, præsertim iurantis. 6.*

7 *Pupillus licet ignoret quid agat, tamen consentire dicitur, & pati ut habeat actionem iniuriarum ratio ibi. 8.*

9 *Cautela circa cautionem, & pacem faciendam cum minore.*

10 *Minores delinquentes, mitius castigantur.*

11 *Restitutio non est deneganda minori ius commune sequuto, & sua facilitate læso.*

12 *Qui promisit non offendere, si insultatus ad sui defensam occidit stipulatorem insultantem, non tenetur de rupta cautione, quia est noua causa, & fecit ad defensam. 13.*

14 *Ciuitas pro suis particularibus hominibus, item contra particulares pro sua ciuitate, uel uniuersitate, Monasterium, pro suis monachis, & prælatus pro sua ecclesia, dare, & petere possunt hanc cautionem. Sed prælatus ecclesiā suam, & Abbas monasterium non potest obligare, nisi communicato consilio. 15.*

16 *Si ciuitas dederit hanc cautionem, & unus conuenerit quid? an communitas possit remittere damnum datum. An duces belli possint facere hanc cautionem, & qualiter, et quomodo, et ubi citanda sit uniuersitas ibi remis.*

17 *Promisi te non offendere, tu factus comes, uel cohæres inimici mei, cum quo dum essem ad manus, te offendi, per hoc cautio non dicitur rupta, Quia attenditur quòd principaliter agitur. 18.*

19 *Cautio de non offend. nō probat inimicitias, quia non probat hoc esse, quòd ab hoc contingit abesse. 20.*

Mandatum, in materia, quomodo expiret, & qq. in materia. Cap. XXXVIII.

QVAERO quia supradiximus per cõpẽsationẽ siue concordiam cum principali iudicis arbitrio tamen saluo, & quoad coniunctos cautionẽ abo
1 leri, † quidam fecit mandatum ad componendã, & tollẽdam cautionem sed re integra mortuus est, utrum post mortem aboleri cautio possit, aut de ea componi? vi
2 detur quòd sic † quia morte mandantis re integra finitur mandatum. §. item. instit. mandat. l. mandatum. C. mandat
3 l. & quia. ff. de iurisd. omn. iudic. † Cõtra tamen puto; quia materia hæc maximam similitudinem habet cum pace, itẽ
4 facta pace tollenda est cautio † & mandatum ad faciendam pacẽ morte non extinguitur etiam re integra Bal. ad Spec. in tit. de homicid. col. ult. Marsil. sing. 44. mandatum. Ferr. in tit. de feriis. ¶ Talis tamen procurator pacisci nõ posset quòd principales sui in patria non morarentur sec Anch. cons. 75. uiso diligenter, & ad hanc cautionẽ reqri speciale mandatum probant not. per Ferret. in dicto tit. nu. 113.
5 ¶ † Quæro utrum minores quatuordecim annis maiores tñ septẽnio recipere possint hanc cautionem, uel teneantur illam dare. Item an comprehẽdantur actiuè, & passiuè? quid
6 quid aliàs dixerim dic quòd sic † exemplo pacis: quoniam isti minores, & facere possunt. Item & recipere præsertim iurantes, ut per Bal. in c. 1. uers. facit. & uers. quærit. de pac. ten. ¶ Etiam sine authoritate, & decreto iudicis Bald. in l. pactũ. C. de pactis, & scribitur per Iulium Ferrett. in tit. de
7 feriis nu. 51. facit quia † licet pupillus ignoret quid agat, tamen consentire dicitur & pati ut habeat actionẽ iniuriarũ. l. illud. ff. de iniuriis, & per Dec. & Cagn. in reg. in eo. §. pupillus. ff. de reg. iu. & de pace faciẽda ꝑ tutores aliàs scripsi & not. Iason in l. pactum curatoris. C. de pactis, & ibi quid in posthumo namq; & pro hoc cautio peti poterit, & ibi ui
8 de not. per Deci. ¶ † Et suadetur ratione naturali, quia minores isti habere possunt, ut plerunq; habent satellites, famulos, & cõiũctos qui eorũdem contẽplatione, mãdatoue

ulcisci

ulcisci possent iniuriam, sed & in hoc iudicis officium reseruo, qui uideat de timore, & ex eo ut ex potissima causa hanc cautioné regulet, Paulus Castrensis tamen cons. 191. relatus per Ferrettum ubi supra dixit pacem per minorem ut supra factam per eundé maiorem factum minime rūpi, de quo dubito ex prædictis, ex quibus idem arg. in mulie-
9 re, in sene, literatore aliisq; imbecillioribus. ¶ † Cautius tamen ageretur si in casu minorū per tutoré uel curatoré caueri curaretur; qa & p hos pax de iniuria pupilli patrisve eiusdé fieri potest, ut per Ferrettum in supradicto loco, ubi declarat quomodo pro pupillo per tutorem pax fieri possit, item quatenus obligetur & illius pace. ¶ Dubitaui tamé quandoq; an isti minores excusarentur aut mitius essent puniendi, in quo putaui quòd sic; quia licet cauentes iure communi utantur, tamen delinquétes in eo, quod iure communi fieri debuit mitius uidentur castigādi, de quo
10 uidéda sunt not. in reg. ferè omnibus. de reg. iur. † & hæc uera sunt quādo minores ipsi principaliter promiserūt nō offendere, nāq; si ut cōiuncti uel adhęrentes cōprehensi fuerint tacitè, uel expresè de quo aliàs me scripsisse memini, q ipsi mitius puniant aliis excusationem nō pręstabūt: quia facto alieno obligatur iuxt. not. in l. stipulatio ista. §. 1. ff. de uerb. obl. planè ea distinctio in materia aut proximus est pubertati, aut non de qua in l. pupillum. de reg. iu.
11 multum ,pdesset. † Minori quoq; ius cōmune secuto & sua facilitate læso in integrū restitutio nō est denegāda. l. non uidet. C. de in int. rest. l. uerū. §. restituit. ff. de mino. Dec. & Cagnol. in reg. nihil consensui. §. non capitur. ff. de reg. iu.
12 Quæro licet idem supra tetigerim † qui promisit non offendere insultatus ad defensam occidit stipulatorem insultātem utrum teneatur de rupta cautione? uidetur quòd sic:
13 quia excessit. † quòd non quia est noua causa, & fecit ad defensam Bar. in l. 1. §. cum arietes. ff. si quadr. paup. fecis. dicat. in l. cū pater. §. liberti. de leg. 2. Doct. in l. qui seruum. ff. de uerb. oblliga. in l. cum proponas. 2. C. de pactis in l. semel mora. ff. solut. matrim. Corn. consil. 51. li. 3. Bald. cons. 195. laudari. lib. 2. Alex. in l. si seruū. §. sequitur. ff. de uer-

bo.obli.Dec.conſ.180. Soz.iu.conſ.103. col.fi.li.2. Pariſ. conſ.164. conſ.165.li.4. Petrus in epito. delict. lib.1.c.7. Cæphal.conſ.35.nu.27.Ferret.de feriis nu.126.

14 ¶Quæro † utrum ciuitas pro particularibus hominibus, item contra, utrum particulares pro ciuitate aliaſve uniuerſitate hanc cautionem petere poſſint. item monaſteriũ pro ſuis monachis,& prælatus pro eccleſia & contra? puto, qm̃ ſupra diximus pro ſuis dari hãc cautionem, & pro ſuis peti,uerum tamẽ eſt quòd ut ſupra de ſuis & non aliter ,p-

15 mittere tenentur. † Prælatus eccleſiã ſuã,ut Abbas monaſterium,& Priores uniuerſitatem ſuam non communicato conſilio obligare non poſſunt. Bal.in l. præſes.C. de tranſac.Bar.in l.1.ff.de iniuriis in l.prohibere.§.planè.ff.quod ui,aut clam Ferret.in tit.de feriis,nu.18.

16 ¶†Et ſi ciuitas dederit hanc cautionem,& unus contrauenerit uide in pace eundem num.121.item nu.139. ¶Et an cõitas remittere poſſit damnum datum ſubdito. num.145. ¶Et an duces belli facere poſſint hãc cautionẽ ibi.nu.156. ¶Et qualiter,& quomodo & ubi citanda ſit uniuerſitas, uide notata per Soz.de citat.artic.17.col.penul.& latiſſimè ſcripta per Cagn.in reg.nõ poteſt.ff.de reg.iu.per quæ quidam dicebant,quòd cum in quodam caſtro eſſent partes,& occaſione cuius ueniunt banniti in locũ capituli,uel unus de partibus poterat cogi ad hanc cautionem.

17 † Quæro promiſi te non offendere tu factus es comes,uel cohærens mei inimici, cum quo ueniens ad manus te offen-

18 di, an rupta ſit cautio? quòd non † quia attenditur id,qđ principaliter agitur Io.And.ad Spec.in ti.de treug. & pac. q.pen.& alleg.per Ferret.in tit.de feriis, nu.122. Marſil. ſing.18.acceſſorium. Et hoc uerum erit niſi ad hoc ille factus ſit comes, uel cohærens, iux. no.per Dec. & Cagn.in reg. conſilij.§.ſocij.ff.de reg.iu.ubi ipſe dixi.

19 ¶†Quæro utrũ hæc cautio probet inimicitias? vr̃ ꝙ ſic; qa uidemus ꝙ ſi fiat pax ſimpliciter,& nõ dicitur ut aſſeritur, uel ad cautelam de aliquo delicto uidetur ꝙ fiat cõfeſsio; Ferret.in d.tit. de feriis nu.216. Sed de hoc dic, ut p Carrer.in ſua pract.¶Contra tamen puto; quia hæc cautio da-

tnr

20 tur ex causa timoris ne delinquatur, † unde nõ probat hoc esse, quod ab hoc cõtingit abesse. l. nam hoc. C. unde legit. cum si. ut non facit præsumptionem, quòd is, cũ quo cautio hæc intercesserat offenderit, uel occiderit ut per Gul.
21 Cun. in §. sed neq; in fi. in auth. de man. prin. † Inimicitiæ tamen faciunt locum cautioni huic per timorem.

SVMMARIVM.

1 *Petis à me cautionem de non offendendo coniunctos tuos, ego peto mihi exhiberi, demonstrariq; coniunctos tuos, ne forsan ignorans eosdem offendam, an sim audiendus? quòd sic etiam post datam cautionem.*

2 *Vbicũque alicuius probabiliter interest, ibi datur actio ad exhibendum.*

Rei notæ frustra additur demonstratio.

Error communis excusat.

3 *Habitus inconueniens, ut non tractatus, & tractatus contrarius, multum operatur excusationem.*

4 *Probari si posset quòd offensus ignorabat, offensum esse cõiunctum, multum prodesset ad eũ excusandum, quia dolus abesset.*

5 *Cautela, ut exprimantur nomina coniunctorum.*

6 *Non coniunctus, si exprimatur pro coniuncto, uidetur quòd cautio non rumpatur.*

7 *Consanguinitas si non fuerit probata, uel sit in dubio an fuerit probata, oportet absolutionem sequi.*

8 *Ignorantia cognationis in dubio præsumitur. & dolum abesse.*

9 *Ille, qui bis fregit cautionem de nõ off. potest puniri ultimo supplicio præcedente tamen condemnatione.*

10 *Geminatio delicti, pœnam aliàs pecuniariam, facit ultimi supplicij.*

11 *Ille qui tenetur cauere de non off. non tenetur cauere de defendendo.*

Qui promittit defendere, promittit non offendere.

12 *Nemo inuitus defendere cogitur, nisi ratione publici officij, aut publicæ executionis, aut publicæ oblationis.*

13 *Procurator tenetur inuitus procurare, aduocatus aduocare, Doctor consulere, hospes hospitari, meretrix corpore suo inseruire*

soluta tamen solita mercede. & simul

14 *Cautionis uerba in dubio interpretabuntur contra fiscum contra cōcipientem uerba, & contra stipulatorem, cum dubia sit interpretatio cautionis de non off.*

15 *Promissio facta simpliciter non offendi per cōiunctos, nō adiecta pœna, quid operetur si facta fuerit offensio ibi remiss.*

16 *Libertatis, & coniunctionis causa infinita, & inæstimabilis reputatur.*

Promittens non offendi per coniunctos, si non dixit etiam per se, est casus omissus, & relinquitur dispositioni iuriscon. nu. 17

18 *Iudex iussit dari hanc cautionem pro magna quantitate, ille qui tenebatur cauere, plures in fideiussores adducere uolebat, ut integram summam compleret, an iste possit cogi, vt ad vnum solum fideiussorem negotium reducatur? concl. quòd nō, ratio quia quod in vno receptum est, idem in pluribus verum est. necesse tamen est vt in simul caueant, aliàs nō fiet aggregatio pro summa. 19. 20.*

An exhiberi debeant coniuncti, in hac cautione, & qq. in materia. Cap. XXXIX.

1 QVAERO Tu petis à me cautionem de non offendendo coniunctos tuos, ego ne forsitan ignorās eosdem offendam, idem dicam post datam cau-

2 tionem, an sim audiendus? quòd sic: quia †ubicunque alicuius probabiliter intersit ibi datur actio ad exhibendum. l. fi. ff. ad exhib. nisi calumniaretur ut ibi, & publicè noti coniuncti essent uerisimilesq; id esset, quoniam rei notæ frustrà demōstratio additur. l. 1. §. fi. ff. de dot. ple. Alex. cons. 27. lib. 6. l. 1. ff. de in integ. rest. Soz. iu. consil. 4. col. fi. lib. 2. cons. 54. col. fi. lib. 3. cum si. quæ cum poss. ¶ Hic. n. apparet quòd non auditur ille qui dicat, ego ignorabam talem coniunctum esse aduersarii mei, cum hoc publicè notum esset; quia qui cum alio cōtrahit &c. ¶ Quod uerum est etiam in delictis, in quibus quis ex hoc non excusatur. l. qui cum alio. ff. de reg. iur. ubi dixi post Deci. & Cagn. nisi pro nō cōsanguineo talis publicè habebatur, & reti-

retinebatur, quia cōis error excusat.l.Barbarius. ff.de offi.præt.Alex.cons.80.col.1.li.2.cons.138.col.1.li.1. latè p Dec.& Cag.in reg.in omnibus officiis,de reg.iur.cum si.& ad hæc quæ ibi dixi uide.

3 ¶†Habitus quoque non conueniens ut non tractatus,& tractatus contrarius multum operatur ad excusationem iuxt. latè no.per Bar.in l.filium.ff.de iu.perso. Alex.cons.51.li.1.Dec.cons.54.per tot.cons.595.col.1. Alex.cons.90.col.1.li.2.cons.72.li.e.Soz.iu.cons.38.col.fi.li.2.cons.8.li.3.cum si.nō parum in materia proficiet iux.no.per l.itē apud Labeonē.§.si qs uirgines.ff.de iniur. Dec.cons.307.col.2.

4 ¶†Plane si probari aliis modis posset q offendens ignorabat offensum coniunctum esse ex quo clarum id esset,multum in proposito prodesset adeo quidem,ut quis excusaretur; quia dolus abesset,dolus autem in materia requiritur ut supra latè declaraui.

¶Quæque, de offenso diximus eadem de offendente, qui pro coniuncto non habebatur dici posset, quoniam de his
5 non vr̃ cogitatum.†Quare non mala cautela esset q exprimerentur nomina coniunctorum. Et ad hæc uide supra per Alex.cons.77.lib.3.in eo,qui nulliter bannitum occidit.

6 ¶†Et si exprimatur non coniunctus pro cōiuncto vr̃ quòd cautio non rumpatur arg.l.si pater.C.de nat.liber. Alci.1.
7 reg.3.præs.Dec.cons.289.¶†Et si non probetur de consanguinitate,uel sumus in dubio an probata sit coniunctio, ab solutionem sequi oportet iux.ea quę aliàs dixi & no. in c. licet ex quadam. ex.de testib.Ale.cons.80.li.1.Dec. cons.
8 596.Soz.iu.cons.138.col.1.li.2.†Ignorantia autem cognationis in dubio præsumitur & dolus abesse,ex quibus infero q si coniunctus è longinqua regione ueniens offendat comprehensum in cautione excusatur,si dicat se de cautione ignorasse:quia dolus abest.

9 ¶†Quæro aliquis fregit bis hanc cautionem,utrum ex hoc condemnari possit ad mortem naturalem & in pœnam ulti
10 mi supplicij? videtur quòd sic; quoniā† geminatio delicti pœnā aliàs pecuniariam nunc facit ultimi supplicij.Bar.in l.1.C.de superexact.Mars.in l.1.§.qstion.de quęst.sing.111.

sing.378.sing.154.sing.570.Ias.in l.1.nu.31.ff.de quæstio. Gramma.cons 17.Aymo cons.1.li.2.nu.31. sed hoc sub declarandum est p̃sertim in hoc q̃ requiritur de primo condẽnatio ut in locis supradictis,& per Dec.& Cagn.in reg. bo
11 nafides.de reg.iu.ubi & ipse dixi.¶†Quæro uidimus supra q̃ quis tenetur cauere de non offendendo,utrum teneat cauere de defendẽdo? uidetur q̃ sic arg.no.per Doct. in reg. culpa caret.de reg.iu.Contra puto; quia hoc iure non cauetur,& contra facit.l.metũ. § sed licet.ff.qu.met.ca.sed qui promittit defendere promittit nõ offendere, Cagn. in reg. non uidetur defendere.ff.de reg.iur.& ibi dixi quid ueniat defensionis uerbo.& uide no.per Fel.c.olim. col.fi.de acc. Dec.in c.ad audientiam.ex.de appel.& per Cagn.in procœ.
12 fforum in prin.& adde q̃ regula est q̃†nemo inuitus defendere cogitur.l.inuitus.ubi dixi.ff.de reg.iu.nisi ratione publici officii,aut publicæ exercitationis in defendendo,aut
13 publicę oblationis,†ut in procuratore qui inuitus procurare,in aduocato,qui inuitus aduocare, & Doctore qui inuitus consulere cogitur,ut hospes, hospitari, & meretrix corpore suo inseruire solita mercede soluta scriptum est, ut per Doctores in d.reg.inuitus nemo.ff.de reg.iur.ubi & ipse dixi & breuitatis causa hic non tractabo diffusius.

14 ¶†Quæro dubia est interpretatio cautionis de non offendendo, in dubio contra quem cautionis uerba interpretabuntur? certa regula est q̃ in dubio contra fiscum, Item q̃ in dubio contra concipientem uerba, & contra stipulatorẽ. l.ueteribus.ff.de pact. l.quidquid astringendæ,de uer. obl. reg.in contrahenda.de reg.iu.¶Quæ generalius locum habet in quolibet contractu.¶Ex conuentione autem, quam ex iudicio cautio hæc nostra pendet hæc autem multis modis declarari possunt,de quibus dixi in d. reg. in contrahenda,& in lib.meo de interpr.uerb.& ex ea, quæ ad uerborum interpretationem pertinẽt generaliter hauriri pñt.

15 ¶†Quæro promissum est simpliciter pœna non adiecta nõ offendi per coniunctos,inde offensum est quatenus obligatio cõmittatur,& quid huiusmodi promissio operetur? dic de hoc poni per Bar.& Pau.Castren. in l. non impossibile. ff.de

16 ff.de pact.& add.pulcherrimum tex.q † libertatis & necessitudinis hoc est coniūctionis causa infinita & inæstimabilis
17 iudicatur.l.non est omnibus.§.fi.ff.de reg.iu.& add.† q si promisi non offendi per coniunctos meos, & non dixi per me, si ego offendo est casus omissus, & contra esset quando manet in dispositione iuris communis iux.no.per l.commodissimè. de lib.& posthum.

18 ¶ Quæro † iudex hāc cautionem in magnam quantitatem dari uult, qui illam dare tenetur uult adducere in fideiussores plures, qui fideiubeant, ut integram summam quantitatibus suis compleant, an iste possit cogi ut ad unum solū fideiussorem negotium redigatur? uidetur q non argum.l.
19 3.§.fi.ff. iudi.sol.contra puto; quia † q in uno receptum est eadem in pluribus uerè sunt, ut latè no. in l. singularia. ff.si cer.pet. & ad hæc induci possent not.per Doct. in l. ea
20 quæ.ff.de reg.iu.¶ Nota q si simul omnes non fuerunt ad promittendū, sed disgregatim unus pro 100. alius pro 200. non fient aggregationes p̄sertim stāti hypotheca pro cōseruatione indēnitatis prīcipalis ut aliàs dixi ab eo nō excut.

SVMMARIVM.

1 *Hæredis appellatio, quatenus extendatur, quando promissio facta est, nō offendi per hæredem, uel non offendi hæredes, concl. quòd extenditur tantum ad primum hæredem, quia ubi agitur de pœna, ibi hæredis appellatione, non ueniunt omnes descendentes, & successores, sed tantum primus hæres.3.*

2 *Hæredis hæres, testatoris est hæres, quamuis per longissimam successionem.*

4 *Hæres hæredis non continetur in materia non transitoria ad hæredes.*

5 *Hæredis appellatione ubi non fit impropriatio, sed formaliter, & ad unguem obseruatur, hæres hæredis non continetur.*

6 *Petens hanc cautionem, ad probandum quòd aduersarius est sibi suspectus, fecit positionem, quòd aduersarius in eum odio habet an huic positioni teneatur aduersarius respondere? concl. quòd non? quia nemo tenetur respondere positioni continenti turpitudinem, neque positioni captiosæ.*

Hæres

7 *Hæres illius, qui promisit non offendere neque per se, neque per coniunctos, & offendit, & antequam conueniretur, ex pœna instrumenti, mortuus est, an conueniri possit ad pœnam? quòd non per multas rationes. ibi. 8. 9. 10. 11. 12. 13. quæ tamen debent intelligi in pœna legali. 14. concl. quòd teneantur hæredes, quia sumus in pœna.*

15 *Conuẽtionali, quæ ragulariter transit ad hæredes. & per alias rationes ibi. 16. 17. 18.*

19 *Comprehensi in cautione mediante persona alterius, eo mortuo liberantur.*

Hæredis apellatio quatenus extendatur in materia, & de ea q. aliæ. Cap. XL.

QVAERO, promissum est non offendi per hæredem,
1 uel non offendi hæredem † hæredis appellatio quatenus extẽdatur? uidetur quòd in infinitum;
2 quia † hęredis hæres testatoris est hæres, quamuis per longissimam successionem l. fi. ubi Corn. & Ias. de hær. instit. Cod. l. hæredis. l. sciendũ de uerb. sign. ubi Alciat. l. siquis filium. §. fin. ubi Iaso. ff. de acq. hæredit. l. si peculium. §. hęredi de statu lib. Corn. consi. 69. lib. 4. Alex. cons. 49. lib. 6. Doct. in l. qui per successionem. ff. de reg. iu. cum simil. cum. poss.

3 ¶ Contra tamen puto † quia ubi agitur de pœna ibi hæredis appellatione omnes descendentes, & successores nõ ueniunt, sed primus hæres tantum. l. multa. ubi Bal. ff. de cond. & demõst. Bal. in l. fin. q. 22. C. de hæred. in l. ubi Ias. & Corn. Dec. & Cag. in d. l. qui per successionẽ. ubi dixi. ff.
4 de reg. iu. † Itẽ in materia non trãsitoria ad hr̃des hæres hęredis nõ cõtinet̃. l. si ex pluribus. ff. de suis & legit. Ancha. cons. 130. ꝑ & cõtra. Alex. cons. 69. li. 6. Alciat. in d. l. hęre
5 dis. Cagn. in d. l. qui per successionẽ. † Item ubi formaliter ad unguem ve obseruantur & non fit impropriatio hæredis appellatione hæres hæredis non continetur Doct. in d. l. qui per successionem. Aret. in l. fi. §. fi. ff. de uulg. subsistit. Corn. cõs. 179. uidet̃ prima facie. li. 3. Dec. cons. 81. in casu.

Alciat.

Alci.in d.l.hæredis. Iaſ.in d.l.fi.& in d.l.ſiquis filium.§.ſi. de acqui.hæ.& ita contrariis ſupra poſitis reſpondetur.

¶Quæro ille qui petit hanc cautioně ad probandum q ex eã petit & q ille à quo petit eſt ſibi ſuſpectus facit eidem.

¶Poſitionem quòd is ſe odio habet, dubitatur utrum is, qui recuſat reſpondere huic poſitioni ſit audiendus? uidetur quòd non, quinimmo quòd habeatur pro confeſſo ut habetur.in c.2.de confeſſ.in 6.

6 ¶Contra tamen uidetur; quia † nemo cogitur reſpondere poſitioni continenti turpitudinem iuxt.not.per Doct.in l. qui iuraſſe.§.ſi pater.ff.de iureiurando.Item poſitioni captioſæ quis reſpondere non tenetur gl.in d.c.2.in uerb.rationabili. de confeſſ. ¶Et in ſimili q quis non teneatur reſpondere an ſit bonus uir ut teneatur in foro honeſtatis,cõtra cautelam Ananiæ ſcribit Felyn.in c.fi. col.4.ex.de præſump.Dec.in reg.ſemper in cõtractibus.ff.de reg.iu.¶Quęro qui promiſit non offendere neq; per ſe,neque p coniunctos offendit, uerum antequam conueniretur ex pœna in-
7 ſtrumento comprehenſa mortuus eſt. †Vtrum illius hære-
8 des conueniri posſint ad pœnã? vř q non; quia † pœnalis actio ad hæredem non tranſit.§.pœnales.inſt. de perpet.& temp.act.l.1.de priua.del.l.pupillum.§.in hęredes.de reg.
9 iu.†Item pœna morte extinguitur.l.defunctorum.de pub. iudic.& poſt mortem quis accuſari non poteſt Dy.in c.quo
10 rundam.de reg.iu.in 6.ex quo†nec in corpus ipſius delin
11 quentis ſeuire licet†quare defuncti cadauer furcis ſuſpendi non debet Doct.in l.2.C.qui teſt.fac.poſſ. Doct.in l.imperium.de iu.om.iud.& in l.pupillum.§.in hęrede.de reg. iu.Marſ.in l.fi.col.6.ff.de quæſt.& ita†nec cadauer banniti
12 defuncti ſpoliare licet Bal.† in l.ſororem.C.de his qu. ut
13 indig.†Mors enim omnia ſoluit.§.diſponat in aut.de nupt. Cor.conſ.195.col.fi.lib.2.Dec.& Cagn. in d. l.pupillum. §.hæredes de reg.iur,

14 ¶†Contra tamen puto;†quia prædicta uera ſunt in pœna
15 legali in qua regulariter id uerum eſt, † nos autem in pœ-
16 na conuentionali,quę regulariter tranſit in hæredes;quia
17 †morte conuentio non tollitur†& mutatione perſonæ nõ mutatur

mutatur obligatio. l.creditores.C. de pact.Bart.in l. 1. de priua.del. Ang.in §.non omnes aũt.de perpet.& temp.act. ¶ Præſertim iure canonico,quo non deſunt q dicant ad hę redes pœnam tranſire,& morte non finiri gloſſ.in c. fi. ex. de ſepul.Anan.in c.in literis.de rapt. Domin.cõſ.3.ſuper dubio prę miſſo.Dec.in d.l.pupillum.§.in hęredes.limi.5. de reg.iu.¶Et an morte finiatur cautio ſiquidem moriatur principalis & ex his quæ tetigi in quæſtione an ſopito negotio cum principali uideatur cum reliquis ſopitum,& ex
18 his finiri poteſt,hoc eſt quòd ſic,quia†morte omnia finiũtur.¶ Verum tamen eſt quòd ſi quidem cautio deleta non fuerit ope exceptionis id fiet,ſin autem deleta ſit ipſo iure non cõpetit actio iux.ea q̃ no.in l.nõ uidet̃ cępiſſe.de reg.
19 iu.& alibi. ¶†Idem dicendum eſt in comprehenſis mediante perſona alterius eo mortuo;quoniam eadem ratio eſt.

SVMMARIVM.

1 *Promittens non offendere in perſonam, ſi offendat in brachio, an teneatur de fracta cautione.concl. quòd ſic per rõnes ibi. 6. 7.8.9.10.11.12.poſt argumenta pro contraria parte nume. 2.3.4.5.*

2 *Minor ſumma non eſt in maiori,negatiuè deducendo.*

3 *Promittẽs nõ offendere in perſonã,intelligit de tota,nõ de parte.*

5 *Poſita parte integrali,non ponitur totum.*

6 *Promiſsio non fieri in indiuiduo,contrauentio in parte facit in ſolidum pœnam committi.*

7 *Argumentũ de toto ad partem, non recipitur in indiuiduis.*

8 *Oratio uniuerſalis negatiua,quæ in uno redditur falſa,in totum redditur falſa.*

9 *In continuis,qui negat totum,negat etiam partem.*

10 *In toto pars continetur.*

11 *In eo quòd plus eſt,& quòd minus eſt habetur.*

12 *Minus in maiori non ineſt,quando ſeparatim conſideratur.*

13 *Promiſsione facta de non off. uniuerſitatem, uel non offendi per uniuerſitatem, ſi unus de uniuerſitate,uel offendi,uel offenſus eſt, ſeparat in conſiderando cautio non frangitur.*

Fide-

14 *Fideiussor si datus sit de nō offend. agnatos, cognatos, affines, sequaces, et deinceps, utrum omnes hæ qualitates in uno offenso concurrere debeant, an sufficiat unam tantum esse?*

In alternatiuis, sufficit alteram rem esse.

15 *Alternatiua, quæ & disiunctiua dicitur, est, quæ alteram rem esse significat, alteram, uero non.*

16 *In coniuncta oratione requiritur concursus omnium.*

17 *Cōiunctiua dictio, quæ & copulatiua dicitur, est, qua sensum, et uerba coniungit.*

18 *Si ex coniunctis unum deficiat, reliquum non consistit.*

19 *Soluta oratio quæ sit.*

20 *In omnibus casibus, in quibus cōiuncta oratio resoluitur in disiunctam, aut econtra disiuncta in coniunctam, in his multo magis soluta oratio in disiunctam aut coniunctam uertetur, quando maior ratio est.*

21 *In dubio quando uerba coniuncta non sunt, sufficit alterum esse factum.*

22 *Punctus in oratione soluta, habetur loco copulæ.*

23 *Copula si addatur, ut promitto non off. & affines, & agnatos ex tunc requiritur omnium concursus.*

24 *Copula applicata in ultima parte, eam coniungit, alia uerò est soluta exemplum ibi.*

25 *Dictio, uel, est alternatiua.*

Disposita in promissione non offendi pasiuè, habent locum etiā in promissione facta actiuè, quia eadem ratio.

Promittens non offendere in personam, qua ratione, offendens in brachium obligetur. Cap. XLI.

QVAERO aliquis promisit non offendere in per
sonam, offendit in brachium personæ utrū te-
1 neatur † quòd cautionem fregerit? quòd non
2 sit fracta cautio argumentor; † quia negatiue
deducendo in maiori summa non est minor, uerbi gratia,
qui negat se debere 100. utiq; non uidetur negasse se
3 debere 20. sic † qui promittit non offendere in personam
de tota

de tota persona intelligitur non de parte Bar. & alii in l.1. §.stipulanti.de uer.obli.Dec.in reg.in eo.de reg. iu. & re-
4 missiuè in reg.in toto eo.tit. ¶ † Item hic non eadem est ratio de toto, quoad totum, ꝙ de parte quoad partem. l.quæ de tota.ff.de rei uend.Bal.in l.maximum uitium. col. pen. C.de liber.præter.Are.cons.164. col.3.Corn. cons.39.ad fin.lib.3.Fely.c.fi.col.fi.de maio.& obe.Dec. in c.apostoli
5 cę.col.2.de excep.cum si. Ita ergo pro rata diuidatur.† Itē posita parte integrali non ponitur totum, ut in plebe & populo intelligitur.§.plebiscitum inst.de iuſ.& iu.scribitur ꝑ Dec.& Cagn.in d.reg.in toto.de reg.iu.ubi dixi.
6 ¶ Contra tamen puto: quia in promissione non peti indiuiduum contrauentio in parte facit insolidum pœnam committi.Doct. in l.2.§.ex his,& in l.4.§.Cato.de uer.oblig.
7 † item arg. de toto ad partem non recipitur in indiuiduis.l.& per iurisiurandum.§.1.de acceptila. Dec.in reg.cuius effectus.de reg.iu.& Cagn.in reg. in toto.col.fin.de reg.iur.
8 ¶ † Item oratio uniuersalis negatiua quæ in uno redditur falsa, in totū reddit̄ falsa.l.si is qui 200.§.utrū. de reb.dub.
9 † & in continuis qui negat totū negat etiam partem, ut hoc die hic non fuit uel modico tempore intelligitur nisi addatur toto, ut scribitur per Paul.Castren. in d.§.si stipulanti.
10 & Dec.sentit in d. reg.3. limitat. † & generalis regula est
11 ꝙ in toto pars continetur, † & in eo, quod plus est, & id ꝙ
12 minus est habetur. † & nota ꝙ ex eo quòd dicunt ꝙ in maiori minus non inest quando minus à maiori separatim cōsideratur. ¶ Ego infero, ꝙ si quis promiserit, non offendere uniuersitatem, uel promissum est nō offendi per uniuer-
13 sitatem, † si unus de uniuersitate uel offendit, uel offensus est considerando separatim, ut quia non dicatur congregata uniuersitas cautio non frangitur, iuxt not. per Bart.in l. aut facta.§.si.de pœ.Doct.in l.ciuitas.ff.si cer.pet.in l.omnes, de iust.& iu.Fely.in c.dilectus.2. de simo. Paris. cons. 21.& 91.lib.4.¶ Et quatenus uniuersitas teneatur ex facto consiliariorum, uide per Cag. decl. in reg. aliud.§.ad uniuersos.de reg.iur.& ibi de materia.

¶ Quæro uidimus quòd fideiussor iste de non offendendo

datur

datur de non offendendo agnatos,cognatos,affines, adhę-
14 rentes,sequaces,& deinceps † dubitatur utrum omnes hæ qualitates in uno offenso concurrere debeant, an sufficiat alteram tantum esse?¶ Ad resolutionem huius articuli putaui præmittendas esse quasdam conclusiones. ¶ Prima est in alternatiuis sufficit alteram quidem rem esse, ut in reg. in alternatiuis de reg.iu. Doct.in l.sæpe.de uer. sig.Dec.in c.inter cæteras.ex. de rescri. Doct. in l. in eo.§.ubi de reg.
15 iu.† Alternatiua uerò est q̃ alteram quidem rem esse significat alteram uero non,ut aut est dies, aut est nox. Hæc disiunctiua quoq;,à nostris dicta est; ꝙ disiungat siue sensum siue uerba.d.l.sæpe.& l. hæc uerba illa aut ille. de uer. sig. ¶ Cõsistit autem plerumq; in dictionibus aut,siue,seu,ue,
16 uel,& huiusmodi.¶ † Secunda in coniuncta oratione requiritur concursus omnium.l.si hæredi plures.de cond.insert. Dec.in c.2.col.4.de rescri.Dy.in d.reg.in alternatiuis.Do
17 cto.in d.l.sæpe. & in d.reg.in eo.§.ubi. † Coniunctiua dictio q̃ aliàs copula dr̃ est, quæ sensum & uerba coniungit, namq; si aliter sit alteri nominabitur hæc est atq;,&,q̃, ac, & huiusmodi.¶ Quod autem Axioma coniunctum nos dici
18 mus συμπεπλεγμένον Græci uocant. Hoc † si ex coniunctis unum deficiat reliquum non consistit, ut & Gellius tradidit lib. 16.c.8.noct.atti.
19 ¶ Tertia conclusio est ꝙ † soluta oratio reperitur, quæ neque disiuncta,neq; cõiuncta dici potest. Hæc à Rectoribus διάλυσις dr̃,hoc est dissolutio,quę à Cicerone ita definitur dissolutio est, quæ coniunctionibus uerborum de medio sublatis partibus separatis effertur hoc modo gere morem parenti,pare cognatis,obsequere amicis, obtempera legibus. Item prætor inquit si donum, munus, operas à patrono impositas libertus redemerit aduersus ejus tabulas bonorum possessionem patrono non dabo.l. Iulianus.de bon. lib.l.sæpe.de uer.sig.sed in hac dubitatur (hic enim est casus noster) utrum omnium cõcursus requiratur,an sufficiat alterum adesse Iureconf.in d.l.sæpe. ex re hoc æstimãdum putauit quod ex subiecta materia,& ex mente aut alternatiua erit aut coniuncta; sed de hoc nemo ambigit. In dubio enim

20 enim quęrimus. dic ergo duas conclusiones ꝙ † in omnibus casibus in quibus coniuncta resoluitur in disiunctam, & cōtra coniuncta in disiunctam ibi multomagis soluta in disiūctam aut coniunctam uertetur, quoniam maior ratio est, & sentit Alci. in d. l. sæpe. de uerb. sig.

21 ¶ † In mero autem dubio regulam expressam habemus ꝙ ubi uerba coniuncta non sunt sufficit alteram esse factam. l. in eo. §. ubi de reg. iu. licet non ignorem dici posse solutam coniunctam esse, ad idem est tex. in d. l. sæpe. §. fin. de uerb. sig. & ita Dec. & Cagn. in d. §. ubi interpretatur. ꝙ & mihi

22 placet. ¶ Nec obstat ꝙ communis propositio est ꝙ † pūctus loco copulæ in oratione soluta accipiatur glo. & Doct. in l. pretia rerum. ff. ad leg. fal. & in l. re coniuncti. de leg. 3. & in l. triplici. de uer. sig. & alibi. Quia respondetur ꝙ uerum est quoties de mente apparet ꝙ ita est, & hoc expresse probat tex. in d. l. triplici. ad fi. de uer. sig. & declarat Dec. in d. §. ubi ad fi. ¶ Vel non ita afficit ut copula ut concursus omnium requiratur. ¶ Vel dici potest ꝙ bonum quidem est omnium concursus, non tamen excluditur, quin alterum sufficiat. Postremo dicas ꝙ falsa propositio est, ut dixi in d. §. ubi. ¶ Ex hac regula & supradictis apparet in casu proposito omnes illas qualitates eodem tempore non requiri.

23 ¶ † Sed quid si copula addatur non offendere & affines, & coniunctos, & agnatos, & cognatos, & adhærentes, &c. Dic ꝙ regulariter requiritur omnium concursus per secundā propositionem supra positam, nisi limitatio aliqua applicari possit quæ notari possit ex dictis per Doct. in d. l. sępe. & ipse dixi in d. §. ubi, in supradicto themate mens refragatur, & incompatibilitas. ¶ Sed quid si dicatur promisit non offendere consanguineos, cognatos, affines, complices, &

24 adhærentes, utrum ex † ultima copula dicatur coniunctio applicata in reliquis, an pars reliqua soluta sit, postrema uerò coniuncta? inclino in hanc partem ut postrema pars complices & adhærentes coniuncta sit reliqua uerò soluta quia hæc est proprietas uerborum. l. non aliter. de leg. 3. cum similib.

25 ¶ † Sed quid si dicitur agnatos, cognatos, affines, complices,

ces,uel adhærentes? dico primam partem esse solutam,secundam uerò alternatiuam,sed quia in soluta sufficit alteram partem esse ueram, ut ex regula d.§ ubi & supradixi. sequitur q omnis ea oratio sit disiuncta. Et ex hoc dixi q cum Episcopus ex concilio uellet uisitare monachos S.Petri Perusini ordinis S.Iustinæ hoc facere non poterat,quia illi excipiebantur his uerbis exceptis locis in quibus abbates generales uel capita ordinum reperiantur: namq; cum abbates generales sit soluta oratio alterũ sufficit esse , nec ut adiectiuum capiendum est generales,quia generalis nõ exciperetur nisi esset abbas, quod ex mente concilij non uidet̃,inde si hoc sensisset generales abbates dixisset; quia dignius præferendum est. Aliis rationibus id comprobare possem,sed quia hic obiter q.tetigi hæc hactenus.

¶Quæ autem diximus de promissione non offendi cõsanguineos & coniunctos &c.passiuè. Eadem intelligo in ,pmissione non offendi per consanguineos agnatos &c. quia eadem ratio est (& in his multum operabitur q una pars orationis alteram declarat,iux.no.in l.qui filiabus.de leg. 1.Bar.in l.utrũ.de petit.hæred.Dec.cons.339.ad fin.cons. 353.Soz.iu.cons.29.col.2.li.3.cons.144. nu.4. lib.eo.cũ simi.q̃ cum.poss.de quo argumento,cũ de eo genere uideatur quod ἀντίστροφον Græci dicunt ex no.per l.1.§.fin aũt deficientis.C.de cadu.toll.Dec.cons.130.cons.425.consi. 529.consi.442.consi.495.Aymo.cons.29.cons.308.col.2. Soz.iu.cons.3.cons.23.lib.1.cons.29.cons.128.lib.eo.cõs. 160.lib.2.consi.77.cons.71.lib.5:Dec.cons.339.cons.416. consi.442.Aymo.cons.296.in fi.Soz.iu.cõs.13.col.antepe. lib.3.cum aliis quæ cum.poss.hæc actenus.

SVMMARIVM.

1 *Minores,mulieres,rustici, & id genus,si ex iudicis arbitrio dederunt cautionem de non off.& contrauenerint, an restituantur in integrum.quòd non ibi.8.*

2 *Mulieribus iura subueniunt, ne decipiantur.*

3 *Mulieri minori,rustico negantibus solutum, cum non probetur succurritur,ut non teneantur probare debitum.*

4 *Iuris ignorantia non nocet Mulieribus, minoribus, nec rusticis.*

5 *Fœminæ, quæ minori tutorem non petijt, succurritur, & quòd à statuto pro maiori habeatur, quæ est supra 18. ann.*

6 *In odiosis, masculinum, non continet fœmininum.*

7 *Minores, & rustici delinquentes, mitius castigantur.*

9 *Mulieribus non succurritnr vt calumnientur.*

10 *Iura subueniunt deceptis, non calumniantibus.*

11 *Fraudem committunt qui delinquunt.*

12 *Mulieribus, & rusticis nõ succurritur, nisi in casibus à iure expressis. præsertim ubi tractatur de rigore iuris.*

13 *Rusticus, & mulier non excusantur si omiserint facere inuentarium, nec aduersus publicationem testium.*

14 *Qui promisit non off. hæredem, offendit bonorum possessorem, uel alium eidem surrogatum, uel econtra, an cautio, uel stipulatio committatur? quòd ibi. nu. 15.*

15 *Bonorum possessor hæredis appellatione non continetur in hac materia cautionis; quia est odiosa, & strictè intelligenda.*

16 *Bonorum possessor, hæredis loco est, & uidetur æquiparatus, & surrogatus in locum eius.*

17 *Argumentum ab æquiparatis, & surrogatis ualet in qualibet materia, præsertim ubi est omnimoda ratio.*

18 *Legatarius, uel institutus in re particulari, dato sibi uniuersali hærede, ex parte promittentis loco hæredis, an habeatur?*

19 *Legatarius, non debet esse melioris conditionis hærede.*

20 *Legatarius impropriè loco hæredis est; quia non in uniuersum sed tantum in re legata ei succedit, nisi in casibus in quibus fiat uniuersalis hæres.*

21 *Practica quòd agnati, qui fregerunt cautionem teneantur ad damnum, quod passus fuit principalis ob fractam cautionem.*

22 *Cautio eadem dari debet ex pluribus causis, & pœna potest augeri, sed conuenienter unica tantum, nisi causæ exprimantur.*

23 *Ex prooemio plerunque causa intelligitur.*

24 *Cautio de non off. dari, renouari, propagari, reuocari non debet nisi causa cognita, Verũ interim cautio debeat dari, vt resoluatur in futurũ an non nisi causa cognita? Distingue ut ibi. Quod pendet, non est pro eo, quasi sit.*

25 *Represaliæ, quæ à veteribus clarigationes dictæ sunt, si mãden-*

tur

tur alicui reuidenda, interim reuocari non debent.

26 *Executio si detur instrumento ex statuto, & de causa in instrumento contenta, compromittatur, pendente compromisso, executio peti poterit, data cautione de soluendo eo, quòd plus, minusve ex compromisso iudicabitur.*

27 *Iudex ex officio, uel ad petitionem partis, non potest constringere Seium. ad dandum hanc cautionem, uel fideiussores, quia latitat, an iure possit cogere Lucium quòd caueat pro eo, quia ab eo repetet? quòd non.*

Alius pro alio non obligatur.

Nemo contrahere cogitur.

28 *Nemo obligatur ex eo, quia recepturus sit ab aliquo id, quòd præstiterit.*

29 *Iudex an possit mandare parti capturam latitantis.*

30 *Promittens non offendere etiam ex noua causa; quia non intelligitur renunciasse quòd offendens ex noua causa, frangat cautionem, quid si renunciauerit, ut nec ex quacunque causa excusetur, uel dixerit ex nulla causa se excusari uelle? uide ibi.*

Minoribus mulieribus in materia an detur restitutio. Cap. XLII.

QVAERO ex supradictis in tractatu apparet quòd minores, mulieres, rustici, & id genus si iudici ui detur tenentur dare cautionem de non offendendo,
1 † utrum si dederint & contrauenerint habeãt restitutionem in integrum, uel saltem, si non restituantur mitius castigentur? uidetur; quia in multis iuris partibus
2 huiusmodi personis subuenitur; † ecce enim mulieribus iura subueniũt ne decipiãtur. l. si fine. l. fęminæ. C. ad vellei. Dec. in reg. fœminę, de reg. iu. & in l. in eo. §. mulieribus.
3 ubi dixi de reg. iu. † Item mulieri rustico & minori, negantibus solutum succurritur, ut non teneantur probare debitum. l. cum de indebito. de probat. Dec. in reg. cuius per errorem. de reg. iu. ubi dixi, & in lib. meo de prob. negat.
4 † Item iuris ignorantia mulieribus, rusticis, minoribus nõ nocet, nisi facile consulere potuerit peritiores, Doct. in l.

5 iuris.C.qu.admit. Dec.conf.178. & conf.192. unde † fœminæ quę minor tutorem non petiit, succurritur etiam q̃ à statuto pro maiori habeatur qui sunt supra 18. annũ;qa
6 † in his odiosis masculinũ non continet fœmininum quidquid Dec.scribat in c.ex parte.ex.de appellat. & Bal.in authen.si captiui. C. de episco. & cleri. † Item ut aliàs diximus minores delinquentes mitius castigantur.l.auxilium.
7 ff.de min.ut aliàs declar. & in falso in rustico. Ias. in l. si
8 quis id,de iu.om.iudic. ¶Contra tamen puto † quia mulieribus non succurritur ut calumnientur. l. in eo.§.mulieribus.de reg.iu.ubi Dec.& Cagn.& generalius† in quolibet
9 iura subueniunt deceptis,non autem calumniantibus.cap. cum uniuersorum.de appellat.Angel. consi.109. Domina Catherina.Fulgo.conf.61.domina.col.fi.Alex.conf.170.uiso processu.col.pen.lib.1.Dec.& Cagn.in d.§.mulieribus.
10 Soz.conf.66.col.8.lib.1. Cur.iu.consil.118.cum seq.†fraudem autem committunt qui delinquunt, ut dixi in l.fraudis.de reg.iu.

11 ¶†Item mulieribus, & rusticis non succurritur nisi in casibus à iure expressis. But.c.2. col.3. de constit. Alex.in l.si quis id,quod. de iurisd.omn.iudi.conf.14.uiso.col.pe.lib. 2.Dec.in l.iuris.col.2. C. qui admitt. Præsertim ubi tra-
12 ctatur de rigore iuris conseruando,ut† quod non excusentur si rusticus,& mulier omiserint facere inuẽtarium,Bal. in l.fi.q.4.C.de ui.del.Bar.& Alex. in l.1.§. nunciatio.de
13 ope.nou.nunc.ubi † quòd non excusentur aduersus publicationem testium,& latè scribit per Doct. in l.iuris. C. de iu.& fact.ign,¶Planè ut de pupillo doli capace, & minore quoque dixi non errabit iudex qui & rusticum, & mulierẽ hanc cautionem frangentes mitius castigabit.

¶Quęro aliquis promisit non offendere hæredem,nunc offendit bonorum possessorem,uel alium eidem surrogatũ. Sic contra promissum est non offendi per hæredẽ offendi-
14 tur per bonorum possessorẽ, uel eidem subrogatum † dubitatur an cautio,stipulatiove committatur? (uidetur q̃ nõ) quia materia hæc odiosa est, & strictè interpretãda,in qua
15 † bonorũ possessor hęredis appellatione nõ cõtinetur,ut ꝑ Alex.

Alex.& alios in l.1. §. bonorum. ff.ad Trebell. Soz.in l.1. col.3.de uulg.Dec.in reg.prætor.ad fi. de reg.iur.recẽt.in rub.C.qu.adm.& in l.emancipata.eo.tit.

16 ¶Contra tamen puto, quoniam bonorum possessor hæredis loco est.l.2.ff.de bon.poss.Ias.in l.nec is.§.1. de acq.hę red.Doc.in supradict. loc.Bar.1.C.unde lib.l.in condit.§. si patronus.de cond.& dem.cum simi. & uidetur æquiparatus,

17 siue surrogatus bonorum posses. in locũ hęredis † & in qualibet materia regulariter argum. ualet ab æquiparatis & surrogatis.l.si qs seruo.C.de fur. Ias.in auth. quas actiones.col.5.C.de sacr.eccles. Crot.in l.omnes.col.33.de iusti.& iu. Rip.in l.si constante.col.12. ff.sol.matri.l.si quis. §.iniuriarum.ff.si quis caut.Ias.in §. fuerat.institu. de act. Alex.consi.128.col.antepen.lib.1.Dec.cons.3.col.2. Soz. iu.consi.136.col.pen.lib.3.cum simil.

¶Præsertim ubi est omnimoda ratio æquiparatio facta p modum regulæ, & per modum causæ fiendi, & in casibus æquiparatorum, & surrogatorum iuxta considerata per Hierony.Cagn.in l.prætor.col.fi.de reg.iu.

¶Quæ omnia ipse amplio in quolibet æquiparato, & surrogato concurrentibus prędictis qualitatibus nisi quid specialius persona nuncupatim appellata dicendũ esset iuxta not.in l.& quia.ff.de iuris. om. iudi. & ibi dicta hic præessent insarciri, sed breuitatis causa omitto. ¶Sed nunquid legatarius ex parte promittentis (loco hæredis) uel si institutus sit in re particulari dato cohærede uniuersali, habebi-

18 tur? uidetur; quia † legatarium hærede melioris conditio-

19 nis esse non decet.l.in omnibus. §.nõ debet.l.aliud.§. † absurdum.eo.tit.& loco hæredis est.l.id tempus.de usucap.

20 ¶Computo † quia impropriè, & non in uniuersum, sed in re legata loco hæredis est. Alex.consi.9. col.pen. lib.2.nisi in casibus ubi fiat uniuersalis hæres, ut iure accrescendi, iux.not.per Ias.in l.quoties.C.de hęred.instit.

¶Quęro dixi supra in tractatu quòd agnati ex quo non offensione cautio pacta sit principali promittenti non offendi per agnatos non tenentur ad damnum. Nunquid dari possit aliqua cautio quòd isti teneantur principali.

21 ¶Cogitabam† practicam hanc malam non esse, hoc est quod Agnati citarētur, & ipsi ad dicendum causam quare ipsi consentire non tenerentur quòd per eos nō offendi ,p-mitteretur,& ita promittere tenerent, & preterea fideiussores dare, & quare ipsi principales pro eis fideiubere ex mandato Iudicis nō teneantur,ut inde quasi negotiorū gestorū actione aut mādati teneant;nāque si cōpareant,& cōsentiant utique res clara est,idem si non contradicāt. iuxt. not.in l,creditor.ff. de reg. iu. Sin autē contumaces essent in eorum præiudicium uidentur consentire & confiteri, l. de ætate.§.qui interrogatus.de inter.act.Sin autem compareant & contradicant de causa cognoscetur, & si Iudici uideatur eosdē aut cōsentire faciet.& mādare,aut per se fideiubere principaliter ex officio latissimo,quo fungitur iux. l. 1.ff.de iurisd.omn.iudic.& hæc fac.not. per gloss.Bar. & Cagn.in reg.aliud est uendere de reg.iu. & quando uniuersitas propter delictū habeat regressum contra consiliarios Fely.in c.dilectus 2.de simo.Doct.in l. ciuitas, si cer,pet. Paris.cōs.21.& cōs.91.li.4 & remiss.Cagn. in d.reg.aliud. §.ad uniuersos. in fi.& no. quòd qui iussu iudicis dat hanc cautelam ex qua soluit excusandus ut iuxt. not. per Fely. in c.dilsctus,de rescr.Dec.cons.125.& in reg. non uidentur.de reg.iu.

¶ Quæro quandoq; scripsi quomodo rumpatur cautio si ex causa de præterito offensum sit, nūquid si plures causæ sint uel oriantur,plures dandę sint augeri pœna,& an pars
22 petere possit ꝙ exprimatur causa ex qua data fuerit;† Dic quòd ex pluribus quidem causis eodem dari cautio debet, & potest pœna augeri sed conuenienter unica tantum non plures nisi causæ exprimantur;arg,not.in l. 3.§.ex pluribus.ff.de acqu.possess,Deci.& alii in l.non ut ex pluribus. de regul. iur. Deci. in reg.neque pignus, de regul. iur. Soz.in reg. 100. Iaso.in §.itaque. instit. de act. ¶Quoad expressionem causę uerò puto iure iudicem facturum si eā supprimi fecerit ne detur materia delinquendi,iuxt. l.conuenire.de pact.dot.& not.per l.in fundo. de re uend.cum
23 simil.¶Licet stricto iure secus sit,†ex proęmio autem ple-

run‑

runq; causa expressè intelligetur iuxt.l.fi.ff.de hæred.inst. cum simil.de quibus per Alex.cons.142.li.6. Dec.consil. 334.& cons.444.cons.600.& consil.641.Soz.iu. cons.94. col.1.& fi.li.3.& lat.cum poss. ¶Quæro dixi quòd cautio hæc dari, prorogari renouariq; debet causa cognita, idem
24 in eadem reuocanda dicendum†utrum interim cautio debeat dari ut resoluatur in futurum, an nõ nisi causa cognita fuerit? Distingue aut cautio iam data est,& nunc tractat de prorogatione,renouatione, uel non reuocatione, & puto pronunciandum esse cautionem interim manere; quia quod pendet non est pro eo quasi sit. reg.is damnum.§. fi. de reg.iu.l.hæc uenditio.§.fin.de contr. empt.ut simili ui
25 demus quòd†si mandentur cuiquàm repręsalię(quæ à ueteribus clarigationes sec. Alciatũ dictæ sunt.licet ex Seruio aliter forsitan dici possit) reuidendæ interim reuocari non debét Bar.in l.Iulianus.in fi.de cond.ind.Idem Bart. in simili. in l.iudex.col. fina.de re iud. & in uerbis plus, minusve in l.publica.§.fin.deposit.Soz.in l. pecuniam. ff. si cert.pet.& in l.quibus diebus.§. quidam Titio. col. fin.
26 de cond.& demon.ubi amplius uoluit quòd † si ex statuto instrumento detur executio, & de causa in instrumento cõprehensa compromittatur, uel pendente compromisso executio peti poterit data cautio de soluendo eo, quod plus,minusve ex compromisso iudicetur. ¶ Nec est quod cautione finita quando agitur de renouãdo rationes dictæ non concludant; quia inspecta cassatione uera sunt. ¶ Item & causa inspecta quæ adhuc præsumitur durare nisi contra ꝓbetur,ut aliàs dixi.& ita pręd.intellige.¶ Aut cautio nõ est data, uel cassata nunc repetenda est, & uti possidetis respondendũ erit ex eadẽ regula, hoc est ꝙ id quod pendet non est quasi sit. In hoc tamen arbitrium iudicis reseruo ut scãdalo;causisq; inspectis aliud statuat, & commode ex causa poterit facere caueri quatenus de iusta causa posteà appareat. ¶Quid .n. ex hoc iudicio altercationes oriantur. Interim mihi probatur ut negotium in suspenso sit. ad hæc fac.quòd si iudex dicat excommunico, & nisi intra tale tempus soluens sententia in suspẽso est, Bald. in d. §.
 quidam

c.dilecta.col.2.de conf.ut uel inut. Nicol. Euerard.in loco ab exceptione ad reg.

SVMMARIVM.

1 *Cautio non rumpitur ex modica offensa, uel uulnusculo, ut supra, quid si uulnusculum tractu temporis factum est maius an fracta sit cautio? quòd non ibi. declara tamen ut ibi. nu 3.*

2 *Quòd post facto nunquam crescit præteriti delicti æstimatio.*

4 *Noua causa, uel iniusta suffit ut non dicatur fracta cautio, distingue tamen ut in nu.6.*

5 *Pactum inter partes, quòd utraque torqueatur ad ueritatem eruendam, si altera torta non confiteatur, nõ ualet, nec Iudex sine alijs indicijs poterit alteram torquere.*

7 *Voluntas, ubi prodest, necesse est ut adhibeatur ante factum, uel in ipso facto; quia ratificatio uoluntatis post factum non prodest nu. 8.*

9 *Plures dederunt cautionem de non offen. uel acceptauerũt, unus uel plures ex his cautionem alterare uolunt, uel prorogando, uel contrahendo, uel alio modo, utrum possint sint omnibus? quòd non.*

10 *Quod omnes tangit, ab omnibus fieri debet.*

11 *Cuius effectus omnibus prodest, eius & partes ad uniuersos pertinent.*

12 *Plures Domini si aliquem ex banniuerunt, unus eundem remittere non potest.*

Si tractu temporis, uulnusculum, grauius fiat, quo modo frangatur cautio. Cap. XLIII.



VAERO dixi supra quòd ex modico uulnusculo,
1 seu ex modica offensa non frangitur cautio, † quid si tractatu temporis efficiatur maior offensa aut maius uulnus utrum fracta uideatur cautio? ui-
2 detur quòd non; quia † ex post facto nunquam crescit præteriti delicti æstimatio. l. omnis. §. nunquam. de reg. iu. l. ei qui furti. de furt. Bartol. in l. si dominum. eodem titu. Homod. consil. 63. Corn. consil. 273. consil. 283. libr. 3. Sozi. consi.

conſ.26.li.2.Dec.& Cagn.in d.reg.omnis.§.nunquam.

3 ¶†Hoc tamen declarandum eſt, niſi ita inferens modicam offenſam,quæ poſt maior facta eſt ita fieri poſſe(ꝙ ex loco & qualitate,& circunſtantiis, iudex arbitrabitur) cogitare potuit.c.fi.de homi.li.6.Alex. conſ.140.col.2.lib.2.Fely. in c.ſicut dignum.de homi. Dec. c.nouit col.8.eo.tit.conſ. 234.col.fi.conſ.482.Pari.conſ.161.lib.4. ¶Idem etiam dicendum eſt ſi delictum cõſumatum non fuiſſet,ut ꝑ Cagn. in d.§.nunquam.

¶Quæro inter me & te data eſt cautio de non offendendo deinde inter nos conuentum eſt, ut ſi ego tale quid facerẽ, liceret tibi me offendere ſiue cum ſciſſura carnis,& corporis,ſiue ſola alapa,& contra ſi tu quicquàm faceres mihi te offendere liceret.¶Ex hac conuentione offenſum eſt quæ-

4 ritur an cautio fracta intelligatur? Quod non facit†quia uidetur noua cauſa fragendæ cautionis,quæ uel iniuſta ſufficit licet pactum huiuſmodi non ualeat in ſe ita proponen-

5 do.¶Contra uidetur†quia non ualet pactum ꝙ ad ueritatẽ eruendam tu quidem primo torquearis, deinde & ipſe torquear ſi tu non confitearis,quinimmo ſi tu tortus fuiſti,iudex ſine aliis indiciis me torquere non poterit, idq́; uerũ eſt ſiue in iudicio,ſiue extra iudicium fiat,& ita ſcripſit Paris Puteus in tract.de ſynd.in pen.q.uer.quæro de una notabili quæſtione.ſentit Bar.in l.1.§.uſque adeo.ff. de iniuriis.Ang.de malefic.in uerb.contra uoluntatem,& uidetur communi opinione receptum eſſe,ut per Hierony. Cagn. in reg.nemo fraudare.ff.de reg. iur. ¶Diſtinguo tamen ut huiuſmodi conuentio ualeat quoad alapam uel leuem hu-

6 iuſmodi iniuriam†quoniam communi opinione receptum eſſe uidetur ut quis pati poſſit ſe alapa percuti,ut per Bar. in d.l.1.§.uſque adeo.ff. de iniuriis Ang. in l.ſi unus.§.illud.uer.pacta.in fi.de pact.Ang.Are. de malefi. in uerb.cõtra uoluntatem Dec.& Cagn.in reg.nemo fraudare.de reg. iu.ſecus uerò eſt quando ex huiuſmodi percuſſione ſciſſura carnis fieret. ¶Et nota ꝙ iniuria uolenti nunquam dicitur fieri niſi uoluntas exprimatur. Quamobrem quando agitur de iniuria non requiritur ꝙ dicatur contra eiuſdem

uolun-

uoluntatem, licet in dolo secus sit, ut per Hieron. Cagn. in d. reg. nemo fraudare in fi. de reg. iur. ¶ Aduertendum tamē
7 est ꝙ † ubi prodest uoluntas ibi necesse est ꝙ adhibeatur antequam fiat, uel in ipso facto; secus uerò est si postea id con
8 tingat, † quoniam ratificatio uoluntasque huiusmodi nihil prodest sec. gl. & Doct. in c. scienti. de reg. iur. in 6. Cagn. in d. reg. nemo fraudare. Ang. de malefi. in d. uer. contra uoluntatem. & ex dictis in d. reg. nemo, & in c. scienti. de reg. iur. lib. 6. declarationes multas in materia haurire poteris.
9 ¶ † Quęro cautionem de non offendendo plures dederunt, uel acceperunt, uel coram iudicibus pluribus hoc factum est, nunc ex his unus duo pluresve cautionem alterare uolunt uel prorogando, uel contrahendo uel arctando, uel declarando. ¶ Vtrum hoc eisdem liceat sine omnibus? dic
10 ꝙ non regulariter, quia † ꝙ omnes tangit ab omnibus fieri
11 debet. † Item cuius effectus omnibus prodest eius & partes ad uniuersos pertinét l. cuius effectus. ff. de reg. iu. facit reg. quæ de tota. ff. de re. uendic. & no. in reg. in toto. ff. de reg. iu. Doct. in l. si cui. ff. de leg. 1. cum alleg. per Dec. in d. reg.
12 cuius effectus. & specialius † si plures domini aliquem exbannierunt unus eundem remittere non potest. Ias. in l. iurisgentium. §. fi. ff. de pactis, Brun. cons. 93. & cons. 102. Decius consi. 249.

SVMMARIVM.

1 Ille, cui factum fuit præceptum ut inter tot dies ueniret ad cauendum non uenit, utrum quasi sit condemnatus, possit contra eundem relaxari executio de pœna in præcepto contenta, quòd nō, imo in tali casu non potest condemnari ad pœnam præcepti, ratio ibi. & ad quam pœnam sit condemnandus ibi remiss. 2. 3. 4.
5 Practica Modernorum Iud. circa talia præcepta.
6 Subterfugiens dare hanc cautionem, suspectus de fuga, potest capi antequam citetur.
7 Partes promissunt non off. sub pœna 1000. cum obligatione omnium bonorum suorum, interim altera ex partibus uendidit omnia bona sua, uel aliqua, postea pacem fregit; Ille cui in euentum.

euentum contrauētionis pœna promissa est, an possit agere hypothecaria contra bonorum possessores? quòd sic ibi.nu.9.

8 *Secundus creditor præfertur priori creditori sub conditione potestatiua, quæ euenit post obligationem suam, quam regulam intellige ut in nume.10.*

11 *Iudex pronunciauit cautionem hanc dandam, sine causa, præstita est, an liceat petere eam reuocari? quòd sic.*

12 *Solutum ex sententia iniqua, ut sine causa solutum pōt repeti.*

13 *Maritus, præceptor, pater, & aliqui, ut ibi, qui dederunt cautionem, si excesserunt modum in corrigendo, non frangunt cautionem, latè per eum cum declaratione, & distinctione 15.16. 17.18.19.20.*

14 *Maritus, pater, & alij eatenus quatenus eis castigare licet non tenentur, sed de excessu tenentur.*

19 *Accessorium non debet teneri maiori pœna quam principalis.*

20 *Initium inspicitur ad excusanda delicta.*

Pœna præcepti quomodo exigatur, & an subterfugiens hanc cautionem capi possit sine citatione. Cap. XLIIII.

1 QVEARO † alicui factum est præceptum quòd ueniat ad cauendum infra tot dies, is non uenit, utrum quasi ille cōdemnatus sit executio contra eundem de pęna in præcepto contenta
2 relaxari debeat? quòd nō facit: † quia preceptum quòd aliquid fiat sub aliqua pœna non intelligitur ipso iure, sed uidetur quædam comminatio, gloss. sub interminatione in c. sicut tuis, de simon. gloss.2. in c.1. de sagittar. gloss. fi. c. cum esses. de testam. & est comm. opin. ut declarat Imol. in c.1. col.2. C. locat. & sequitur Decius in reg. factum. §. in pœnalibus. col.1. ff. de reg. iu.
3 ¶ † Quinimo in tali casu non potest condemnari non parés pcepto quod incurrerit pœnā; quia illud esset si ipso iure
4 id fecisset. † Sed debet condēnari ad pœnā, ut declarat Gemin. cōs.23. & aliter faciés nulliter agit, ut declarat Franc. Rip.

Rip.in tit.de rescriptis respons. 17.executionem.

5 ¶ † Moderni tamen practici dicunt pręcipimus sub tanta pęna, in quam ad dicendum quare cōdemnari non debeas ex nunc prout ex tunc, & contra pro tali die haberi uolumus te pro citato, & iterum ex nunc prout ex tunc & contra habemus te pro citato, quare de prædicta pœna grauamen relaxari non debeat; ita enim uidetur iustificari rigor contra huiusmodi contumaces, arg. no.in cle.1. de elec.& p Fran. Rip.in d.respons.17.Hæc autem an iure fieri possent altiorem indaginem requirunt. satis sit ꝙ de facto ita obseruatur, & iudicis officium latissimum est.

¶ Quæro dixi ꝙ subterfugiens dare hanc cautionem potest
6 etiam capi si iudici uideatur, & aliter mulctari, † utrū capi possit antequàm citetur cum suspectus sit de fuga, ut interim eo existente in carcere iustificari possit de timore, & ꝙ is tenetur dare cautiones huiusmodi? si iudici uideatur, puto ꝙ sic, argum.eius ꝙ uoluit Ang.in l.nemo carcerem. C.de exac.trib.hoc est ꝙ capi potest suspectus de fuga, iux. no.in l.ait prætor.§.si debitorem.ff. de his qu.in fraud. & posteà de captura iustificari Ro.cons.320. Dec.consi.75. Alex.19.& cons.64.li.3.& scribitur per Ias. in l. si fideiussor.§.fi.ff.qui satisd.cog.& fac.no. per Bar. in l.si is a quo. §.fi.ff.ut in poss.leg.in l.fi.C.de feriis, & in l.creditores.ff. de priuil. credit. ne per citationem instruatur ad fugam, Alex.consi.6.col.2.lib.4.

7 ¶ † Quęro partes promiserunt non offendere sub pœna 1000. cū obligatione omnium suorum bonorum, interim una ex partibus uendidit omnia sua bona uel aliqua ex eis, posteà pacem fregit, ille cui in euentū contrafactionis pœna promissa est uult agere hypothecaria contra bonorum
8 possessores, utrum possit? vř ꝙ non; quia † secūdus creditor præfertur priori creditori sub conditione potestatiua, quæ euenit post obligationem suam. l.qui balneum.§.amplius l.potior.ff.de pigno.Dec.reg.contractus.nu.14.de reg.iur. Doct.in reg.quæ legata.eo.tit.Dec.consi.247.col.3.

9 ¶ † Contra tamen consuluit Dyn.cons.3.quem refert, & sequitur Franc.Rip. in l. priuilegia. nu.41. de priuil. credit. quia

10 †quia regula prædicta intelligitur quando in potestate debitoris est facere ne obligatio principalis contrahatur, gl. comm.approb.in l.1.ff.de pigno. in d.loc. ¶Et multas declarat.ad eã reg. uide per Ias.in l.si filiusfamilias. de uerb. oblig. & scribitur per Doct. ubi dixi in reg. quæ legata. de reg.iu.Alex.cons.227.col.1.lib.6.Ias.in l.si ita stipulatus. in prin.de uerb.oblig.Abb.in c.significauit.ex.de rescript. Tiraq.de Constit.poss.3.p.limit.20.Alex.cons.132. lib.6. Soz.iu.cons.26.lib.1.cons.49.lib.2.
11 ¶†Quæro iudex pronunciauit hanc cautionẽ dandã esse, sed sine causa itaque præstita est, nunc petitur eadem reuo
12 cari an liceat? q; sic, facit q̃a†si ex sentẽtia iniqua aliquid solutũ fuerit illud, ut sine cã solutũ repeti poterit Bart.in l.1.§.2.ff.qu.ui aut clã Bal.in l.receptitia.C.de consti.pecun.Bar.in l.cũ fullo.ff.de cond.ob caus. Bar.in l.Iulianus uerum debitorem.ubi Alex.col.2.de cond.ind. consi. 171. col.2.lib.1.consi.169.lib.2. consil.69.col.fi.lib.3. Marsil. sing.229.in l.1.§.si quis ultro.nu.62.ff.de quæstio.
¶Quæro diximus supra quòd marito, præceptori, patri, auo, socero,& hmõi non obstante cautione, quam ex iusta causa si iudici uideatur dare tenẽtur,& dederint; licet percusserint uxorem, discipulum &c. respectiuè correctionis
13 causa permittitur sine timore frangẽdæ cautionis, †quid si iidem modũ excesserint in corrigendo. ¶Quod & ad alias defensiones in quibus exceditur crimen inculpatę tutelæ trahitur. ¶An ex excessu cautio frangatur? vr̃ quòd sic; q̃a
14 †licet eatenus quatenus eisdem castigare licet non teneãtur tñ de excessu obligant̃, & ita distinguitur offensio Bar. in l.si adulterium cũ incestu,ubi Ang.§.Imperatores.ff.de adulter. Ant.But.in c.olim.col.ult.ex.de resti.spol. Bal.in l.1.q.9.C.unde ui.& in c.1.§.si quis uero.de pac.iu.fir.cũ alleg.latè per Alex.conn.75.uiso themate.col.1.lib.3.
15 ¶†Contra tñ puto: quia de excessu illo ut supra distincto quis punitur tanquam culposus, non tanq̃ dolosus. Bal.in l.sed si quæcunque.§.si magister.ff.ad leg.Acq.Alex.d.cõsil.74.¶Et ad prædicta quæ in excusationẽ defensionis, & excessus inculpatæ tutelæ dicũtur, fac.not.p Alex.cõs.16.
& cons.

& conſ. 109. lib. 1. Dec. conſ. 459. conſ. 676. Aymo. conſil. 118. col. fi. Soz. iu. conſ. 117. per tot. li. 3. cũ ſi. q̃ cum. poſſ.
16 ¶ † Cautionem hanc aũt rumpi non niſi dolo interuenien
17 te latè ſupra diximus. ¶ † Quamobrem ſi ex genere inſtrumenti de dolo comprehendi poſſet, uel in exceſſu cautio frangeretur, iux. no. in c. ſignificaſti. 2. ex. de homic. Alex. d. conſ. 75. latè per Marſ. in l. 1. §. Diuus. ff. de ſicariis. Dec. conſ. 234. conſ. 482. Aymo. conſ. 203. col. 2. ¶ Et ad prædi-
18 cta nota † ꝙ ſi ex mandato, uel tacito iuſſu alterius non cõprehenſi in cautione, comprehenſus ut ſupra uerberet, nihilomagis cõprehenditur, quàm ſi ipſe principalis eſſet:
19 argu. not. per Alex. d. conſ. 75. col. 1. & facit † ꝙ acceſſoriũ, quàm principalem maiori pœna teneri non decet iux. not. in l. is qui opem. ff. de furt. & aliàs dixi. ¶ Et iuxta prædi-
20 dicta præterea aduerte; quia † ut ad excuſanda cætera delicta initium inſpicitur, ita in propoſito dicerem, quòd ſi delictũ offenſiove bono initio incœpiſſet, licet ad prohibitum medium, finemve perueniretur, tñ excuſatio quominus cautio fracta fuiſſet non excluderetur, iux. not. per Doct. in l. quod ait lex. §. quod ait. ff. de adulte. Bald. in l. ſi quis non dicã rapere, col. 3. C. de epiſ. & cle. Ang. & Saly. in l. Gracchus. C. de adul. Alex. d. conſ. 75. col. fi. Dec. cõſ. 331. Alcia. 2. reg. præſump. 32. Marſi. ſing. 225. & in pract. §. quoniam. & §. ulterius. Soz. iu. conſ. 51. lib. 3. cum ſimi. quę alleg. poſſ.

SVMMARIVM.

1 *Promittẽs nõ offendere ſi offendit, licet ſoluerit pœnam conuentionalẽ, põt etiam perſtringi ad ſoluendam pœnã ordinariã. 3.*
2 *Bona fides non patitur ut bis idem exigatur.*
3 *Emphiteuta ſi promiſerit pœnam, ſi non ſoluerit penſionem, ſoluta pœna, nihilominus expelletur.*
4 *Statutum ſi imponat pœnam frangenti hanc cautionem, tamen per conuentionalem pœnam etiam eiuſdem quantitatis, non uidetur derogatum pœnæ legali.*
5 *Qui ſoluit pœnam conuentionalem, in caſu ibi propoſito poſt ſolutionem*

lutionem etiam offendi poterit, ratio ibi nu. 6.

7 *Qui promiserat non offendere, (necessitate compulsus) offendit eum cui cauerat, non incurrit in pœnam, quia necessitati omnia cedunt, & dolus abest.* 8.

9 *Offensus, si iterum offendentem, offendat, non frangit cautionem, nu. 11. ratio ibi.*

10 *Qui ex necessitate offendit, nihil deliquit.*

12 *Minima occasio, uel minima læsio, sufficit, ad hoc vt dicatur ex causa, rupta cautio.*

13 *Edictum factum à iudice, (quòd nec ex causa timoris) liceat concedere arma deferri, & concessio non valeat, non obstat illi, qui cum timeret offendi, impetrauit per antea licentiam deferendi arma. Nec ualet tale edictum, quia impedit defensionem, quæ est de iure naturali.* 14.

15 *In generali reuocatione licentiæ deferendi arma, non comprehenduntur, qui impetrarunt licentiam deferendi arma, ex causa timoris.*

16 *Ille pro quo fideiussum est cautionem, seu promissionem dedit, de eo conseruando indemnem, uel eximēdo, ab onere obligatiōis, quid operetur illa promissio, ibi, remis. cū declaratione.*

17 *Ius, quod ex cautione de non offendendo dependet, inspecta pœna, cedi potest, sed inspecto facto, hoc est offendi, uel non, non potest cedi.*

18 *Quæ ad hæredē sunt transmissibilia, sunt cessibilia, & ecōtra.*

Potestas reseruata superiori, declarandi, qui cōprehendantur in promissione facta de non offendendo quosdam, uel per quosdam vsque in tertium gradum, intelligitur arbitrio boni uiri, nec transit in successorem, nisi fuerit facta reseruatio per nomina respiciētia dignitatem. Et post commissum delictum superior non potest amplius declarare. nu. 20. 21.

Qui contrauenit, & soluit pęnam conuentionalem an puniri possit pęna ordinaria? & de quæstionibus in materia. Cap. XLV.

1 QVAERO † ille qui promisit non offendere, & soluit pœnam conuentionalem promissam, nunc per- strin-

ſtringitur ad ſoluēdam pœnam ordinariam utrum eam ſol uere præterea teneatur? uidetur ꝙ non; quia ſolutio pœnæ habetur pro obſeruatione contractus, Bal. in l. Iuriſgentium. §. quinimmo. col. 7. ff. de pact. in l. ſemel mora. ff. ſol. mat. Alex. Iaſ. & Dec. in l. cū proponas. C. de pactis Alex.
2 conſ. 132. lib. 4. † Item bonafides non patitur, ut bis idem exigatur reg. bonafides. ff. de reg. iuris.
3 ¶ † Contra tamen facit: quia ſi emphiteuta pœnam promiſerit ſi penſionem non ſoluerit, non propterea minus ſi pœnam ſoluit propter non ſolutam penſionem non expellitur ſec. glo. Bar. & Iaſ. in l. 2. C. de iu. emphitheu. Dec. in d. l. cum proponas. col. fi. Alex. d. conſ. 132.
4 ¶ † Quod addo uerum eſſe dici poteſt, ut uel ſi ex ſtatuto pœna frangenti hanc cautionem imponatur, tamen per conuentionalem pœnam uel eiuſdem quantitatis cum legali, pœnæ legali derogatum non uideatur, quoniam pœnę conuentionis in materia legali derogatum non uidetur, ut per Bar. in l. non impoſſibile. ff. de pactis. ¶ In hoc caſu tamen quo à lege frangenti cautionem pœna impoſita eſt iure excipietur nolo cauere ſub pœna; quia pœnis legalibus debemus eſſe contenti & bonafides & c. d. reg. bonafides &c.
¶ Quęro dixi ſupra ꝙ frangens hanc cautionem offendi poteſt, tam in continenti, quàm ex interuallo ſine timore frangendi cautionem quaſi noua cauſa ſit iuxt. no. per Bar. in l. cum pater. §. liberis. de leg. 2. & quia frangenti fidem fides frangi poteſt iuxt. alle. l. cum proponas. 2. C. de pactis Bar. in l. pollicitationem. C. de iu. dot. Bal. conſ. 326. caſus ſuꝑ quo. li. 4. Alex. conſ. 32. opportunè conſ. fi. lib. 2. Fely. in c. agens, ex. de iureiu. Dec. conſ. 265. Soz. iu. conſ. 77. nu. 143.
5 li. 1. cum ſi. qu. all. poſſ. † nunquid idem, qui ſoluit pœnam conuentionalem poſt ſolutionem offendi poterit? uidetur ꝙ non, quia ſolutio pœnæ habetur pro obſeruatione contractus, & ita arg. Alex. in d. l. cum proponas. fac. quid Decius. ſcribit conſi. 380.
6 ¶ † Contra tamen tenuiſſe uidetur Dec. ibidem col. fin. pro quo facit ratio. ¶ Quia non deſunt qui putent frangentem cautionē, & ad pęnā obligari & offendi poſſe, ut ꝑ Alc. in l.

ſemel mora.ff.ſolut.mat.& Iaſ.in d.l.cum proponas,in fin. & Dec.in d.l.cum proponas.

7 ¶†Quæro iuxta prædicta, aliquis neceſſitate compulſus

8 eum cui cauerat offendit, non incurrit in pœnam, quia†ne ceſſitati omnia cedunt, & dolus abeſt ut quandoque dixi.

9 ¶†Sed quid ſi offenſus iterum offendentem offendat, utrũ

10 ipſe cautionem frangat? uidetur ꝙ ſic, quia†ille,qui ex ne ceſſitate offendit nihil deliquit.

11 ¶†Contra tamen putat Abb.in c.ſicut.ex. de iudi. & refert Dec.in d.l.cum proponas.2.col.1.C.de pact.& facit ratio, quia uidetur noua cauſa, uide tamen Decium ubi ſ. ¶Et ibi iterum,uide ad id, ꝙ ſupra tetigimus, hoc eſt ꝙ licet cã ceſſet,hoc eſt timor offendendi, tamen adhuc cautio ſublata non intelligitur,& ad hoc alleg.Bal. in c.1.§.porrò col.

12 3.in tit.de pac.iur. firm. & ibi. ¶† Iterum probat ꝙ minima occaſio, ſiue minima læſio ſufficit ad hoc ut dicatur ex cauſa rupta hæc cautio arg.no.per Alex. in l. pen.C.de his quibus ut indig.& in l.executionem.§.item ſi ita.ff.de uer bo.oblig.& ſupra diximus.

13 ¶†Quæro dixi ꝙ ille qui timet offendi petere poteſt delationem armorum,nunc iudex uult facere edictum ꝙ nec ex cauſa timoris liceat concedere arma deferri, & conceſſio non ualeat nũquid ualeat edictum huiuſmodi? uidetur

14 ꝙ non,quia impedit defenſionem,†quæ eſt iuris naturalis iux.not.p cle.paſtoralis.ex.de re iu.¶Et per hoc dicebã in

15 †generali reuocatione licentiæ deferendi arma prædictos non contineri. ¶Horum ratione,tamen cautius huiuſmodi edictum conciperetur ꝙ nemini liceat arma deferre niſi ex iudicis licentia.

¶An autem,& quando ultra cautionem peti poſſit delatio armorum arbitrarium eſt, ut & qualitas armorum ut ſupra dixi. ¶Et nota unum obiter ꝙ ille qui promiſit non offendere ſub obligatione bonorum, an habeat prælationem ponitur per Rip.de priuilegiis nu.41.

¶Quæro extat ſtatutum ꝙ frangens cautionem hanc, ſi q̃dem ſoluat talem pecuniæ q̃titatem non teneatur ad pœnam conuentionalẽ: quidã intra tempus conſtitutum quã-

titatem

titatem illam soluit, uerum non integram; deficiebat enim fortasse nummus unus utrum pœna conuentionalis integra committatur? uidetur iux.no.per Bal.in l.cum sit.C.de sepul.uiolat.Bal.in l. pro hæreditariis col.3.C. de hære.act. Ias.in aut.qui rem.col.6.C.de sac.san.ecc.in l. qui sine. de cond.sin. caus.in l.si non sortem.in fi.de cond.ind.Alex.cõ si.105.nu.20.li.3.Fabian.in tract.de empt.& uendi.col.40. Tiraq.de retract.conuent. §.4.gl.6.nu.23.Ita tñ ut ꝙ si lu tum est restituendum sit arg.no.ꝑ c.suam, ex.de pęnis.l.bo nafides.de reg.iu.l.apud Celsum. §.idem Labeo.ff.de dol. excep.cum si. ¶Quæro ille pro quo fideiussum est, cautionem seu promissionem dedit de conseruando indemnem fideiussorem, uel de eodem releuando, uel desbrigando, uel
16 eximendo ab obligationis onere, † quid operetur promissio? uide no.per Bar.in l.quæro.§.1.ff. loca. Bal.in l.2.C. de sent.qu.sin.cert.quant.Bar.in l. pater de dot. præleg.in l.curatores.§.fi.de adm.re.ad ciuit.pertin.Alex.cons.114. per tot.li.3.Dec.cons.551.col.2.Soz.iu.cons.64.li.1.cons. 78.col.pe.li.2.cons.129.col.pe.li.1.cons.69.li.2.Ias.in l.fi. in prin.ff.si cer.pet, Soz.iu.cons.94. lib.3. cons.138.col.1. lib.3.Paris. cons.109.&cons.110.lib.1. ¶In quo nota ꝙ si adest hypotheca pro concurrenti quantitate fiscus non potest confiscare in præiudicium huius sec.no.in l.priuilegia, ff.de priuileg.cred.si non adest hypotheca actione mandati si fiscus uult cõfiscare tenetur reficere soluta pro iuribus hæreditariis, iuxta no.in l.2.C. ad leg.Iu.de iudi. & in l.si merito.ff. solut.mat. Sed contra tertios non habebit actionem, sed contra fiscum sic; quia loco hæredis habetur. Sed in hoc potest quis decipi ut sine principali promittatur nõ offendi eo non habente ratum, uel quis promittat, ut per se de quibus forsitan aliàs dicam.
17 ¶†Quæro utrum ius ex hac cautione dependens cedi possit? dic ꝙ pęna inspecta potest, sed facto hoc est offendi uel non offendi, minimè, ut in terminis post alios, quos allegat probat Alex.in l. si cum dotem. §.trãsgrediamur.col.pe.ff.
18 sol.mat.& facit regula † ꝙ ea, quæ ad hæredem sunt transmissibilia sunt cessibilia, quę uerò non transmissibilia non

 cessibilia,

cessibilia, iuxta not. in l. ex pluribus. ff. de administra. tuto.
19 Dec. cons. 443. col. fi. & cons. 614. col. 2. cum simil. ¶ † Quęro promissum est non offendi quosdam, uel per quosdam usq; in tertium gradum reseruata tamen superiori potestate declarādi hos an illos cōprehendi dicamus. ¶ Quatenus intelligat̃ hæc potestas, & an trāseat in successores? breuiter dic. Quod hæc potestas intelligitur arbitrio boni uiri, iuxt. not. per Bar. & alios in l. fin. de p̄tor. stipul. Alex. cons. 130. li. 1. cons. 54. lib. 2. Dec. cons. 136. Paris. cons. 178. col. fi. lib. 1. & ex not. per l. Thais. §. sorore. ff. de fideicommiss. lib. & in l. generaliter. ff. de reg. iu. cum simil. latissime exortari hoc posset, Et nota ad hoc pulcherrimam decisio-
20 nem; † quia post commissum delictum non potest amplius superior ex allegata potestate declarare hi an illi comprehensi fuerint in securitate, & an securitas rnpta fuerit quia declaratio illa intelligit̃ re integra, & rebus sic stātibus & nō in prçiudiciū tertij, & ita scribit Paris. d. cōs. 78. col. pe. & fi. li. 1. cum si. quæ possent alleg. ex not. per Doct. in l. fi. ff. de pact. Dec. cōs. 400. col. fi. Soz. iu. cons. 134. lib. 3. cū si.
21 ¶ † Potestas tamen hęc declarandi non transit in successorem nisi reseruatio illa facta fuerit per nomina respicientia dignitatē arg. not. in l. & quia. ff. de iurisd. om. iud. not. in l. idem Pomponius. §. fi. ff. de rei uend. Alex. consil. 116. li. 3. Doct. in l. si ita stipulatus. §. Grisogonus. de uerb. obli. Dec. cons. 309. Soz. iu. cons. 63. col. 2. lib. 2.

SVMMARIVM.

1 *Procurator promittens non offendi per dominum suum, neque per agnatos, uel econtra permissio per procuratorem recepta est, non obligatur per hoc procurator, ratio ibi.*
2 *Procurator (nisi expresse aliud de consensu domini appareat) promittens procuratorio nomine, non obligatur.*
3 *Ille qui tenetur dare cautionem de non offendendo, uult dare duos fideiussores pro uno, an possit, concl. ut ibi nu. 9. cessat difficultas, si in solidum se obligabunt. 10.*
4 *Executio diuisa incommoditatem habet.*

Quis

Procurator an obligetur qui non offendi promisit. Cap. XLVI.

1 QVAERO † procurator promisit non offendi per dominum suum, & eius agnatos, uel contra promissio per procuratorem recepta est an obligetur procurator? uidetur q sic; quia in eius psona uerba psupposuimus cōcepta: arg. no. per l. quæcūq;. ff. de act. & obl. cū si. ex quo cōueniunt uerba iux. no. in l. 4. §.
2 toties. ff. de dam. inf. cū si. ¶ Cōtra est ueritas, † qa procurator, nisi expressè aliud de cōsensu appareat promittēs pcuratorio noīe nō obligat ipse, sed dñs. l. Plautius. ff. de pcu. scribit Bald. in l. falsus. C. de furt, & in specie latiss. scribit

Parif.conf.78.col.3.& feq.lib.1.cum fi.quæ occafione pro curatoris,& mandantis hic poffent infarciri.

3 ¶†Quæro ille,qui tenetur dare cautionem de non offendẽdo, uult dare duos pro uno (ꝙ & in aliis cautionibus confingi poteft) quid fortaffe unus folus in tantam quantitatẽ fideiubere non uult an audiatur,cum per fifcum contradicatur,uel per partem aduerfam,Franc. Rip. in l.2.§.mutui da

4 tio.ff.fi cer.pet. tenuit ꝙ non;†quia exactio diuifa incommoditatem habet.l.cum his.§.caufas.ff.de tranfact.l.planè

5 ff.famil.ercifc.†Item quia non cogitur quis recipere particularem folutionem.l.tutor.§.huius.ff. de ufuris. l. in his. §.fi quis duos.ff.de folut.

6 ¶Sed ipfemet Franc.Rip. ibi dicit † hoc non habere locum

7 ubi fideiufforem unum dare non poffit debitor; quia † ad

8 impoffibilia nemo obligatur† namq; data impoffibilitate, & aliud pro alio inuito creditore folui poteft, ut ibi ipfe fcribit poft Ang.& Dec.¶Quod fi uerum eft dubio procul detrectanti dare unum fideiufforem onus probandi hac negatiua incumbet per ea,quę fcripfi in libro meo de probanda negatiua. ¶Aduertendum tamen eft, †quia in materia

9 non reperitur ꝙ quis unum magis,quàm duos fideiuffores teneatur dare,quare in arbitrio iudicis hoc erit iux. l.quidam æftimauerunt.ff.fi cer.pet.& hæc in reliquis datis ter-

10 minis habilibus intelligentur. ¶†Quia fi hi fe infolidum obligarent nulla difficultas erit.¶Quæro aliquis uult dare in fideiufforem in materia aliquem difficilem conuentu, an recufari poffit? quòd fic, facit ꝙ in fifco notat Afflictus decif.88.in caufa Ioannis.

11 ¶†Quæro ex dictis aliàs per me apparet ꝙ in materia quãdo eft cauendum,eft cum fideiuffore, quia hic tractatur de

12 fecuritate†nunquid fi offeratur talis qui de facili conueniri non poteft,uel aliter excipere poteft an non recipi poffit & poteft non recipi quafi nullus oblatus fuerit fideiuffor. l.2.& 3.ff.qui fatifd.cog.& fcribit Afflict.in conft.regn.hu-

13 manitate. col.3.†Sed pone ꝙ ab initio fideiuffor erat idoneus poft factus eft non foluendo,an pars teneat̃ dare aliũ fideiufforem? Afflictus ubi fupra tenet ꝙ pars non tenetur

dare

dare aliũ fideiussorem ꝑ no. ꝑ Ale.in l.2.ff.qui satisd.cog. ¶ Quæro tu scis quòd fideiussor habet exceptionem ut nó
14 cõueniatur nisi excusso principali aut.præsente.C.de†fide iussor.an iudex incipere possit à fideiussore omisso principali?quòd sic Bar.in l.si quis reum.ff.de cust.& exhi.re.Afflict.in d.constit.humanitate.col.3.

¶Quæro fideiussor de non offendendo non est idoneus fa-
15 cultatibus,sed est frater,uel coniuncta persona†an possit recusari?quòd non probat l.edicto. ff. de in ius uocand. ut eant.l.quoniam.ff.qui satis.cog.Affli.d.constit.col.3.
16 ¶†Quęro multũ diues ad hanc cautionem de non offendé do,uel etiam de se repræsentando conuenitur, dicit nolo dare fideiussores:quia sum diues,& obligabo bona mea, in forma in curia consueta,an debeat audiri?quòd sic Bald.in l.1.§.si magistratus. ff.de mag.conue.pro quo est gloss. in l.Titio fiédus. ff.de cond.& demon. Affli.in d.const.col.3. ¶Sed hoc uerum est quando constat eũ esse diuitem & non
17 subiectũ creditoribus; quia plus de facultatibus suis sperant homines &c. §.1.quib.al.licet uel non institut.
18 ¶ †Quæro quidam erat sub fideiussione siue de non offendendo, siue de se representando, ad petitionem iudicis dedit alios fideiussores,& non fecit primam aboleri fideiussionem,ista posterior fideiuss.non potest conueniri primus fideiussor conuenitur, dicitur ꝙ est recessum à prima fideiussione ? quid iuris ? non esset recessum in ueritate scribit
19 Afflictus in d.const. humanitate.col.4. ¶†Planè ab utrisque non est exigendum: quia bonafides non patitur, ut bis idem exigatur.

SVMMARIVM.

1 Citatus ad dandam cautionem de non offendendo non opposuit exceptiones declinatorias, ꝑ hoc non uidetur prorogasse iurisdictionem.ibi cum 3.fallentijs. 3.4.5.6.& utilitas ex ea 8.

2 Promissio,siue cautio de non offendendo uidetur habere tacitã conditionem,si tenetur coram illo.

7 Fideiussio, quòd talis non offendet, est principalis propter se,

non accessoria.

9 *Pœna si non sit adiecta in promissione de non offendendo, succedit obligatio ad interesse, & quòd sit istud interesse, & quæ in eo considerentur.* 12. 13.

10 *Omnes homines Christiani hodie sunt liberi.*

11 *Liber homo inæstimabilis est.*

14 *Pœna adiecta in promissione de non offenden. facit cessare interesse.*

15 *Notarius, si dixit in instrumento, promisit non offendere sub pœna scut.mille, nec dixit cui illa pœna esset applicanda, uel dixit, sub pœna scut.mille, &c. extra post uult extendere, quòd una pars pœnæ sibi applicetur, altera cameræ fiscali, an possit? quòd non ratio ibi. quod tamen fallit, ut ibi nu.* 16. 17. 18.

19 *Voluntas deest, & abest, ex suprascriptis.*

Fideiussor an remaneat obligatus? si principalis fuerit coactus per successorem in officio, uel ad prorogandum tempus, uel ad nouiter cauendum, & cauit, uel prorogauit. distingue ut ibi. nu. 20. 21. 22.

Eadem res non debet diuerso iure censeri.

23 *Fideiussor datus est ad certum tempus, & promissum de conseruando eum indemnem, finito tempore, uel adhuc durante tempore non principalis, sed fideiussor refirmauit cautionem, an promissio principalis de indẽnitate extendatur ad hanc secundam cautionem? quòd non, secus si principalis indistinctè promisisset non se adstringendo ad certum tempus.*

Noua causa etiam iniusta quomodo excuset ut non intelligatur rupta cautio? uide in casu ibi proposito. 24. 25. 26. 27. 28.

Qui dedit principium rixæ, tenetur ex omnibus inde secutis.

29 *Iuramentum non defertur petenti de ijs, quæ dependent ab animo suo, ubi præsumptio est contra eum.*

30 *Cautela, ut quis non teneatur dare cautionem de non offendendo. latè ibi usque per nu.* 36.

37 *Offendens aduersarium, extra territorium & iurisdictionem cautionem fregit.*

Qui

Qui non opposuit exceptiones declinatorias quomodo in materia, & de quibusdam qq. similibus. Cap. XLVII.

1 QVEARO † aliquis citatus ad dandam hanc cautionem de non offendendo non opposuit exceptiones declinatorias & cauit, utrum propterea uideatur prorogasse iurisdictionem¦, uidetur ꝙ non per tex. in l. si fideiussor. §. si quis ex his. ff. si qs
2 caut. † Item quia talis promissio siue cautio uidetur habere tacitam conditionem si tenet coram illo iuxta no.¦per Cy. in l. fi. in fi. C. de spon. Bar. in auct. offeratur. nu. 2. C. de li. contest. Bar. & Bal. in l. quidam consulebant. ff. de re iudi. Doct. in l. 1. ff. si quis in ius uoc. non ier. & in l. si cõuenerit ff. de pig. act ut in satisdatione iudicatũ solui. Bar. scribit in l. uir bonus. nu. 4. ff. iudi. solui. Alex. in d. l. q dã consulebãt.
3 ¶ † Fallit ubi propria sponte dedisset hanc cautioné arg. no. per Imo. in cap. inter monasterium. col. 2. extra de re iud. Alex. in d. l. q dã. & Ias. in l. si conuenerit. ff. de iuris. om. iu.
4 ¶ † Secundò fallit quando declinatoria non esset talis, quæ respicit inhabilitatem quo ad agendum & conueniendum,
5 † & ideò forensis licet non opponat tenebitur, & ita in cautione de iudicio sisti scribit Paris. cons. 48. col. 1. lib. 1.
6 ¶ † Tertiò fallit respectu ipsius fideiussoris, ꝙ non habet exceptionem declinatoriam non obstante ꝙ principalis non
7 prorogauerit iurisdictionem: †) quia fideiussio hęc ꝙ talis non offendet non est accessoria sed principalis, propter se, & ideò si sit accessoria secus est: arg. l. cum lex. & l. grex. §. illud. ff. de fideius. & Paris. d. cons. 48.
8 ¶ † Et erunt hæc utilia; quia si non est prorogata iurisdictio si contraueniatur poterit declinari, itaque fortasse promittentibus consuletur: sed si citatus fuit contra tex. utique amittit priuilegium fori, si alias poterat renunciare foro. Affli. in constitu. reg. de pœ. contu. col. 3.
9 ¶ † Quæro promisi te non offendere, non est dubium ꝙ si nõ est adiecta pęna (succedit obligatio ad id quòd interest)
10 in quo consistit hoc interesse † cum omnes homines Christiani

11 ſtiani hodie ſimus liberi † & liber homo inęſtimabilis eſt liber homo.ff.ad leg. Aquil.l.libertas.ff. de reg. iur. cum ſi.

12 †Certè intereſſe eſt damnum emergens, & lucrum ceſſans ut ſcribitur.in l.1. C.de ſent.quæ pro eo.quod inter.& pro hoc ego ſoleo allegare text.in l.ſi commiſſo.ff.rem ra.hab. Conſiderantur itaque expenſę, quas fecit in medicis;item tẽpus quod amiſit quo lucratus eſſet, itẽ ęſtimabitur quanto minus poterit exercere ſe forſitan corpore debilitatus fue

13 rit. †Incommodũ perſonæ non uidetur æſtimare : quia inæſtimabile faciunt,not.per Crauetta conſ.119 col.2.

14 ¶†Iuxta id quoque quæri poteſt,utrũ propterea quòd eſt adiecta pœna ceſſet intereſſe ratio?puto quòd ſic:quia bonafides non patitur ut bis idẽ exigatur reg.bonafides.ff.de regu. iur. & diximus aliàs quòd ſolutio pœnæ uidetur haberi pro obſeruatione contractus. ¶ Non ergo quæremus pluſve ſit intereſſe an pœna, ſed ab initio circa ſtipulationem aduertemus, licet in pœnis legalibus ſecus ſit.ut per Bart.in l.nunquã plura.ff.de priuat.delict. & per hoc ſi in inſtrumẽto dicatur promiſit pœnam 100.&c.non extendetur ad intereſſe facit quod not.Pariſ.conſ.48.col.2. lib.1.

15 ¶† Quæro notarius dixit promiſit nõ offendere ſub pœna mille ſcutorum, & non dixit cui eſſet applicanda,uel addit ſub pœna mille ſcutorum &c. nunc uult extendere ꝙ pars applicetur ſibi pars Cameræ fiſcali utrum ei liceat dico ꝙ non; quia non eſt de forma ſtipulationis quòd ita extendatur,cum ſi non fuerit expreſſum cui pœna ueniat applicanda partibus tribuatur Bar.& alii in l.illa inſtitutio. ff. de hæred.inſti Bar.in l.Gallus.§.idem credendum.de libe.& poſthu.& in c.cum P. ex.de fide inſtru. ¶Et ideò forſitan ſi partibus abſentibus Notarius adderet uel detraheret qc quam periculum eſſet ne falſum committeret.

16 ¶†Fallit ſi conſuetudo ipſius notarii ſit dictam extenſionem facere,præſertim ſi in inſtrumento adſit clauſula rogans &c. hoc eſt rogantes me notarium extendere inſtru-

17 mentum cum clauſulis ſolitis,& conſuetis. ¶†Præſertim quoque ſi conſuetudo regionis ita ſe habeat uel loco, uel curiæ generalis, & prouinciæ namq; his probatis præſertim

tim adhibita assertione,& iuramento Notarii,de sua consuetudine extensio fieri poterit iuxta consuetudinem iux. not.per Bal.in rub.de fid.instru.col.7.Bal.in l. si duo patroni.§.si quis iurauerit.ff.de iureiu.Doct.in d.§.idem credendum.& in d.c.cum P. & scribit Paris.cons.48.in fi.li.1.

18 ¶ † Secundo fallit ubi Notarius inter legendum, & uulgarizandum instrumentum siue stipulandum(ut ego quandoque uidi fieri)in lata & ampla forma dixisset cui esset pœna applicanda,sed id non scripsisset & hoc constaret; quia nõ erit dubium quasi minus scriptum esset & plus dictum id quod dictum esset deberet obseruari,ut contra si contra
19 euenisset,ut scriptũ esset & nõ dictũ:†qa deest,& abest uoluntas ex s̃.scriptis iux.no.in l.quoties. ff.de hæred. insti.
¶ Quæro fideiussor datus est de non offendendo per aliquem,euenit casus,quòd successor in officio cõpellit partem principalem uel ad prorogandum tempus,uel ad nouiter cauendum,pars iterum cauit,uel prorogat utrum fi-
20 deiussor quoque maneat obligatus? ¶ †Distingue aut fideiussor indistinctè sine temporis p̃finitione cauit,& tunc eatenus quatenus fideiussio illa durat siue principalis prorogat siue cõfirmet(fieri.n.põt ut supra) fideiussor manet obligatus Doct. in l.si unus.§.si cum reo.ff.de pact.in c.cõstitutus.in fi.de fideius.Fely.& Deci.in c.de causis. ext.de offi. deleg.Deci.cons.93.Paris.cons.48.lib.1.

21 ¶ † Aut usq; ad certum tempus fideiussor non offendi ꝓmisit,& tunc si pro parte illius tẽporis fiat ꝓrogatio utiq; ex prædictis uidetur cum fideiussore quoq; facta prorogatio iux. supradicta. illud enim quod dicimus eadẽ res non debet diuerso iure censeri.l.eum qui.ff.de usucapion.non uidetur procedere in diuisibilibus.

22¶†Aut ultra prędictum tẽpus & uidetur quòd fideiussor sine suo consensu repeti non potuerit iuxt.l.item q̃ritur. §. qui impleto.ff.locat.Felyn.& Decius in c.de causis. ex.de offic.deleg.Felyn.in c.1.ex.de iureiu.& in c.præterea.ex. de spons. Ias. in rubr. ex. de iudi.¶Sed quid si sit data potestas iudici prorogandi cautionem? utiq; pro prima uice tantum intelligitur Spec. in tit.de arbit. §. excipitur. ubi

Io.And.Bald.in c.olim.col.2.de rescript.Alex. consil.70. uiso consilio.lib.2.Soz.cons.117.uisa.lib.1.Ias.in l.diuortio.§.quod in anno. col.3.solu.matr. Dec. in c. sua nobis. col.1. de appellat.cons.609.quæritur,& latius per Tiraq.
23 in l. boues.nu.65. † Item circa prædicta nota quòd si per contrarium aliquis datus est fideiussor per tantum temporis,& promissum est conseruari indemnem eũdem deinde finito eo tempore nõ principalis,sed fideiussor refirmauit illas cautiones,uel durãte etiam eo tempore, an hypotheca de qua principalis pro contẽtatione indemnitatis in primã fideiussione extendatur ad hanc secundam, videtur ꝙ non.l.item quæritur. §. qui impleto.ff. locat.etiam ꝙ fiat eodem tẽpore durante etiã ꝙ principalis aliàs id mãdauerit.¶ Planè si principalis indistinctè promisisset conseruare indemnẽ non se astringendo ad tẽpus,uidetur quòd illa hypotheca trahatur ad futura;qa duo promisit nõ offendi, & intra tẽpus,&cõseruare indemnẽ:ar.l.Celsus.ff.de arbi.
24 ¶ †Quęro unus ex ijs, qui cauit non offendere facto tantum, & in personam dixit aduersario tu es fur, ille dixit tu mẽtiris, quo audito ille prior incipiẽs statim percussit eum pugione, & vulnerauit, utrũ sit rupta cautio, uidetur quòd sic; quia ille, qui dedit principiũ rixę tenetur de omnibus inde secutis,hic autem uidetur dedisse causam;quia prior dixit aduersario fures.
25 ¶† Cõtra tamen facit:quia licèt ego dederim principium rixę tamen dans non fregi cautionem & propter mentitã tuam te percussi,& ex toto negotio nõ potest negari quin sit noua causa,quæ etiam iniusta excusat. & ita uidi quandoq; consultum. Non obstat,quòd fuerim causa rixæ ut teneat de secutis inde;qa respõdetur quod uerum est quoad pœnã ordinariam,non autem extraordinariam hoc est appositam in cautione.
26 †¶ Planè si ex antiqua causa à dante occasionem rixæ affectata fuisset noua causa per hunc modum ego putarem contra;quia affectata nõ prosunt.l.quæ omnia.ff. de procurat. ¶ An autẽ sit causa affectata ex cõiecturis apparebit,quarũ prima illa est potissima si appareat,quòd ex abrupto nullo subsi-

ſubſiſtente accedens ad aduerſarium dicat tu es fur, quia non probatur factum ex quo.

27 ¶†In dubio autem affectata cauſa non præſumetur, & ad excuſationem rei, & ne delictum præſumatur.

¶Sed hic aduerte: quia in hoc & in eo quod diximus noua cauſa præſumitur inſurgit difficultas. ¶Quia ego aduocatus rei dico fiſco tu debes probare hanc negatiuam; qa ego habeo præſumptioné pro me ꝙ ex noua cauſa, quæ p̄ſumptio transfert onus probandi in aduerſarium, ut latiſſ. per Apoſt. ad Alci. in prin. 3. part. præſumpt. ¶Pro fiſco contra dicitur uerum eſt, ꝙ noua cauſa præſumitur, ſed tu debes probare factum ex quo præſumi poſſit iuxta ea, quæ ſupra diximus. Et re uera ita terminanda eſt quæſtio; quia probato facto ex quo præſumi poſſit noua cauſa tenetur fiſcus probare ꝙ nõ ex noua cauſa aliqua; quia ſufficit etiam iniuſta. ¶Quomodo autem probetur ꝙ non ſit ex noua cauſa recurrendum eſt ad ea, quæ dixi de probanda negatiua.

28 ¶†Hic q. nõ conſtat de nouo facto, ex quo noua cauſa præſumatur, dico Domine iudex ego uolo mihi deferri iuramentum; quia an fuerit ex noua cauſa dependet ab animo meo iux. no. per gl. in §. ſed iſte inſt. de act. & per Fely. in c. ſignificaſti ex. de ho. cũ iis, quæ aliàs cumulaui in lib. meo de prob. negat. Contra iudex dicit nolo tibi deferre iuramentum; quia ſumus in genere prohibitorum, ex quo tu habes præſumptionem contra, ut per l. ſi non conuitii. C.
29 de iniuriis dicitur, & ipſe ſcripſi de prob. neg. † & ubi eſt p̄ſumptio contra petentem ſibi deferri iuramentum, de ijs, q̃ dependent ab animo non defertur iuramentum ut ſupra.

30 ¶†Quæro utrum ſit dare aliquam cautelam, qua quis non teneatur dare hanc cautionem? puto ꝙ ſic, quia datur ratio ne timoris ne offendatur, unde ſi probo ꝙ timor eſt inanis, & non eſt ex cauſa non teneor dare hanc cautionem. ¶Probabo autem hoc, per modos de probanda negatiua, & inter cæteros per illum quo aliquo poſito reſultat negatiua, ut ecce nox erat, & Luna non lucebat, ergo tu uidere non po-
31 tuiſti ut ibi ſcripſi, ſic dicam. ¶†Probabo ꝙ ſum bonæ conditionis, & famæ, & non ſolitus delinquere quo ſtante à cõ

muniter

muniter accidentibus argumentando tu timere non debes
32 offendi. ¶ †Idem dicas si probabo me senem & huiusmo-
33 di ex quibus facile innoteat me offendere non posse. ¶ †Et idem forsitan dici posset quia quidam ita intenti reperiuntur rei familiari ut omnia potius faciliter patiantur, q̃ cũ
34 fisco uelint intricari. ¶ †Sed dicet aliquis licet is per se nõ sit habilis ad offendendum per alium tamen offendere poterit, ergo det hanc cautionem, respondeo quòd ipse non concludit, namq; si est bonæ conditionis & famæ, nec per alium præsumetur delinquere iuxta uulgares terminos bonæ conditionis & famæ, quod si quis uelit, ut is caueat ne alius eius occasione offendat; quia consanguineus forsitan recurre ad id, quod aliàs dixi. ¶ Remanent duæ difficulta-
35 tes. prima quia † hodie uidetur quam facillimum probare se bonæ conditionis, & famæ. respondeo ꝙ ratione ex qua quis sit bonæ conditionis & famæ inspecta non est ita facilis probatio, & si supponũtur amici forsitan non posset eis
36 credi. ¶ †Secũda difficultas est: quia præsupposito ꝙ sit bonæ conditionis, & famæ, tamen ex noua causa posset alterari natura. Quare hoc remitto iudicantis arbitrio an ex noua causa potuerit immutari natura prædicti rei conuẽti
37 ad cauendum. ¶ †Quæro promisi nõ offendere, deinde aduersarium meũ extra territorium & iurisdictionem inuentum offendi, an sit rupta cautio ? uidetur quòd non, iux. no. in l. fi. ff. de iurisd. om. iud. ¶ Contra tamen scribit Bart. & Alberi. in l. illicitas. §. ne potentiores. ff. de offi. psi. Ang. cons. 313. magnifici. Mars. sing. 532. superioribus diebus.

SVMMARIVM.

1 *Iudex non impartitur officium suum non petenti.*
2 *Stultus est iudex, qui condemnat ultra petita.*
3 *Quis non debet condemnari in materia cautionis nisi fuerit petitum, & fuerit accusatus.*
4 *Promittens non offendere intra certum tempus, elapso tempore per paucos dies aduersarium offendit, per hoc non dicitur fracta cautio. 7. quomodo autem ista intelligantur. 10.*
5 *Quæ fiunt in continenti, inesse uidentur.*

De

6 *De modicis non curatur.*
8 *Arbiter, si uel per horam, finito tempore, sententiam ferat, nihil agit.*
9 *contractus resoluitur, finito tempore.*
10 *cautio fracta fuit cum armis, uel cũ delatione armorum ille qui fregit poterit puniri, & de delatione armorũ, & de fracta cautione, quia sunt diuersa delicta, & unum nõ est præparatoriũ necessarium ad aliud, & ideo non fit confusio.* 11.14.16.
12 *Si de actu finali est maior pœna, quàm de præparatorio, confunditur pœna actus præparatorij, cum pœna actus finalis.*
13 *Insultus, confunditur cum percussione, sicut confunditur accessorium cum principali.*
15 *Puniendus ex statuto, puniente frangentem pacem cum armis, uel uulnerantem, unica pœna plectendus est, quia necessariò arma præcedunt.* 16.

An in materia, deueniri possit ad condemnationem, non præcedente accusatione? Ca. XLVIII.

1 QVAERO † de iure est quòd iudex non petenti officium suum impertitur l.4.§.toties.ff.de damn.
2 infect. † Item stultus est iudex qui condemnat ultra petita.l.cum quidam.C.de fideicom. ca. licet Hely.extra de simo.l.ut fundi.ff.commu.diuid. Modo euenit casus in cautione de se represẽtãdo, qui applicari potest ad hanc cautionem de non offendendo. Quia fideiussores citati sunt ad dicendum quare accusari, uel condemnari non debeant de contrauentione, & cum deuentum esset ad conclusionem, in causa & post ad sententiam refricatum
3 fuit quòd † ij condemnari non deberent: quia non fuit petitum, & quia accusati non fuere. ¶ Hanc quæstionem posuit Affli.decis. 3.extat consuetudo.licet ibi dicat obseruantiã esse de accusando. Tandem ad euitandas ambages statuit
4 pronuntiari posse accusari. ¶ † Quæro quidã promisit non offendere intra decẽ dies, post decem dies uerò elapsis duobus uel tribus ad summũ, dum pars instat uel laborat in faciendo

ciēdo cōfirmari,uel renouari securitates aduersariū offen dit an cautionem fregerit? uidetur ꝙ sic argum. l.Thais.§. intra certa tempora.ff.de fideicom.libe.Bal.in l.ultima.C. de ope.li.Bal.in l.si quis in graui. §.si conditioni.ff. ad Sil-
5 lan.†& quę fiūt in continenti uidentur inesse,† & de modi
6 cis non curatur.l.scio.ff.de in integ.rest.Alex.cons.25.li.2.
7 ¶†Contra tamen dicendum est in hac cautione,quę strictè interpretanda est,& facit ꝙ in simili Bal. sentit. cons.372.
8 proponitur.li.2.Hoc est†ꝙ uel si post horam finito tempo re Arbiter sentētiam ferat nihil agit.& Dec.in c.super eo.
9 ex.de appella.dicunt†ꝙ finito tempore contractus resolui tur.& Bar.in l.si uno.§.cum quidam.ff. locat. dicit ꝙ quan do non resultat aliquod corpus,non potest post impleri,& hæc computantur ex scriptis per Aflic.deci.73.

¶Emptor ꝙ uolentes inemptam ancillam si intra 40. dies menstrua non habet ꝙ si post per duos dies habeat nihilo magis erit empta.

10 ¶†Aduerte tamen; quia hæc uera sunt ad parandam exe-cutionem secus uerò est ad excipiendum, quia sufficit impleri ēt post tempus & scribit Bar.in l.hæc cōditio.2.in fi. ff.de cond.& dem.quia nihil interest præsertim si teneat in corpus ut in d.§.cum quidam. & per hæc dicitur ꝙ in cau-tione de repræsentando ultra l.sancimus.C.de fideiuss.Nō propterea minus post præsentari poterit. Planè si parti res non esset integra secus dicendum uidetur.

¶Quæro euenit & euenire potest ꝙ in fractione huius secu ritatis deferentur arma, uel cum armis cautio frangatur
11 †utrum & pœna fractionis cautionis, & delationis armorū talis puniatur. Ang.in l.qui de crimine.C.de accu. dicebat
12 ꝙ†si de actu finali est maior pœna quàm de pręparatorio confunditur pœna actus præparatorii cum pœna actus fina
13 lis†& ideo insultus confunditur cum percussione sicut con fundit accessorium ꝑ principale l.hæres à debitore.ff. de fi deiu.¶Contra adduci pñt no.per Bar.& alios in l. nunquā plura.ff.de priua.deli.cum. simi. & notata per And. Iser.in constitu.reg.intentionis. col.1. ubi uoluit quòd inquisitus de uiolentia cum armis & de uiolentia portationis armorū

quare

quare punctum relinquit indecisum. Affl. in const. reg. si qs
14 alienũ. nu. 20. ¶ † In effectu vr̃ q̃ sint diuersa delicta & unũ
non sit pparatorium necessarium ad aliud : namque cautio
frangi põt aliter q̃ cum armis & ideo non fiat confusio p d.l.
15 nunquam plura. & p dicta in posteriori loco. ¶ † Secus ergo est si quis uellet punire ex statuto quo cũ armis uulnerantes uel rumpentes pacẽ cum armis punirentur, qa arma necessario precedunt unde pœna una tm̃ in hoc considerat̃. ¶ Et ita forsitan distingui possent bannimenta quorundam q̃ non confundantur arma cum delictis; quia recipiunt in-
16 terpretationem à iure communi. ¶ † Et ex prædictis & aliis quæ aliàs scripsi in materia concludetur q̃ non possit puniri de uulnere & de fractione pacis; quia uulnus uel alia offensa in corpus est necessaria ad fracturam pacis & cautionis huius, & solutio pœnæ aliàs habetur pro obseruatione contractus ut scribitur in l. cum proponas. 2. C. de pact.

SVMMARIVM.

1 *Timens offendi, potest impetrare delationem armorum, intellige tamen vt in nu. 3.*

2 *In quibus casibus, & per quos, de iure communi sit licitum portare arma. ibi. multos casus recitat.*

4 *Ille, cui concessa est licentia armorum ex hac causa non poterit ea portare in pallatio, nisi de consuetudine pallatio talis respectus non habeatur.*

5 *Licentia armorũ, per eum conceditur, ad quem spectat cognitio.*

6 *Ille, qui promisit cum clausula, rato manente pacto, duos aggressus est, perinde tenetur ac si bis pacẽ, cautionemve fregisset.*

7 *Delictum, vbi committitur per plures personas, multiplicatur pro numero personarum.*

8 *Ille, à quo timetur offendi, tenetur cauere pro se, & consanguineis suis, vt in casu ibi proposito. intellige ut nu. 10.*

9 *Proximiores sicut habent plura commoda, habent etiam plura incommoda.*

11 *Promittens pro omnibus consanguineis, non debet cogi promittere pro vno discolo, qui nihil habet in bonis & facile franget pacem.*

12 *Proximior, qui promisit non offendi per coniunctos, uno eorũ*

contrauenientè, qui non est soluendo nō poterit agere vt cæteri secū contribuant, ad soluendam pœnam, vel quòd dent cautionem de soluendo pro rata. distingue tamen vt ibi.

13 *Iudex non debet exigere cautionē ab omnibus coniunctis, si uolunt dare unum fideiussorem pro omnibus qui promittat tamē quòd singuli non offendent, secus si promiserit quòd non offendet per se, neque per coniunctos.*

14 *Iudex extorsit (non seruato iuris ordine) cautionem de non offendendo, & fuit datus fideiussor, fuit contrauentū, ipse uult agere ad pœnam contra principalem, uel contra fideiussorem contra eum potest opponi, quòd cautio indebitè data fuit.*

15 *Principalis nō pōt opponere contra fideiussorem, qui soluit & nō opposuit de indebita cautione, per quod poterat liberari.*

16 *Exceptio, quòd metu carceris fuerit facta promissio ibi nō valet, quādo cōtractus est iustus, vel ille debitè fuerat carceratus.*

17 *Iudex tenetur ad interesse parti, & fisco, quando fuit admonitus per eum qui petijt cautionem, de non idoneitate fideiussoris, & nihilominus voluit illum accipere in fideiussorem.*

18 *Fideiussor non liberatur, si ille qui promisit non offendere, & dedit fideiussorem effectus est non soluendo, & cessit bonis.*

19 *Debitor fisci non potest cedere bonis.*

Armorum delatio, in materia, impetrabilis. Cap. XLIX.

1 QVAERO † an possit impetrari delatio armorū à timente? certè sic; quia unus de casibus licitis in
2 quibus deferri pñt arma est iste, † nāq; casus in quibus arma licitè deferri pñt de iure cōi ponūtur ꝑ Affl. in const. reg. de illici. port. arm. ut qñ quis uadit itinerādo ex. ciuitatē, qñ uadit uenatū, qñ nauigat, qñ sunt nobiles ꝑsonæ q eunt ad uidēdas suas possessiones, si quis fuerit insultatus, & se defendat cū armis, itē qñ ad sui defensionē ex permissu iudicis, ut in casu nostro, qñ portātur arma ligata, qñ portantur pro occidendis bannitis, in familiaribus, & si mulieribus inquisitorū hæreticæ prauitatis, in familia epi habentes iurisdōnem tꝑalem in aliqua ciuitate

uitate, itē seruientibus in arcibus & castellanantiis, familiæ iudicis fratris Hierosolimitani, gladius ad incidēdum panē si nō inueniatur à curia sec. Ang. licet Affl. cōtra in familia doctoris legētis, & in doctore legēte, & in eius filiis, psertim si doctor sit excellens, postremo cōniuentibus oculis officialis ex cā necessaria. ut oēs hos casus prosequitur Affl. in d. const. de illic. port. arm. ad quē me remitto. Et ex ibi dictis notatur q̄ nō licet in tali casu propria authorita

3 te arma sibi sumere. ¶ † Sed q̄d si iudex dicat, fili nolo tibi dare hanc lnīam, q̄a pete cautionem, & ita p eam eris securus, certè si p cautionē est securus non est deueniendū ad dispensandū de delatione armorum, in dubio psumetur securus, sed iudex æstimabit & poterit ultra cautionē augere, & addere delationē armorū, & custodiā, & alias cautiones de q̄bus s̄. tetigi, & quid si postremo pp potentiā pdictarum sufficerent, posset banniri utique id fieri poterit ex eodem officio. l. ne potentiores. secundum supradicta.

4 ¶ † Quæro an is cui delata fuerit licentia armorum ex hac cā, poterit illa deferre in palatio? vr̄ q̄ non; argu. not. per Affl. in d. const. de illic. port. arm. nu. 25. ¶ Sed si ex cōsuetudine palatio non debetur talis respectus: secus vr̄ dicendū si idem timor subsit dicere possumus; quia eadem ratio & timor scandali. Ad hoc bene induci possunt notata p Affli. in const. reg. ut castell. mittit serui. & ex his patet q̄ lnīa armorū p illū concedetur ad quē spectat cognitio de causa.

5 ¶ † Quæro diximus supra q̄ clausula rato manente pacto, operatur q̄ iterum offendēs teneatur (An pluries nunc nō

6 tāgo) † euenit q̄ ille qui ita cauit duos simul aggressus est, utrum perinde teneat̄ ac si bis fregisset pacē, cautionemve?

7 vr̄ q̄ sic; quia † ubi delictum cōmittitur cōtra plures personas multiplicatur p numero psonarū delictum Bar. in l. 2. §. si ad plures. ff. de sepul. uio. Bar. in l. inficiando. § infans. ff. de furt. Affli. consti. reg. de extrah. arma. nu. 9. ¶ Plane si uno iure utrunque permisisset uidetur dubium iux. no. per Bal. in l. si familia ff. de iuris. om iud.

¶ Quæro aliquis offendit alium, timetur ne ipse iterū eundem offendat, uel ne cōsanguinei offensi uēdicent iniuriā,

uerum cum sint multi consanguinei, petitur à proximiore ut caueat q oēs cōsanguinei ex parte sua nō offendēt, ille dicit ego non deliqui, non sum principalis, & à me nō timetur quare non teneor nec uolo cauere pro aliis, cauebo tn̄ pro me, itē ille q est longinquior dicit catis & faciatis caueri a pximioribus qd iuris? Certè ex his nō pendet an unus
8 ex his magis, quàm alius teneat cauere, sed ex alio hoc † an timeatur ab eo, non si timetur ab eo is tenetur cauere pro se & consanguineis (usq; ad gradum inspicitur consuetudo uel id q alias scripsi) Sed si ab eo non timetur ipse non cauet: qa cessat cā timoris. Sed qd si ab omnibus an remotiores an habeant exceptionem, q à proximiori caueatur, vr̄
9 ut in simili dicimus de tutela; † qa cum isti proximiores habeant plura commoda vr̄ q habeant ēt plura incommoda, ut in l. Quintus. ff. de reg. iu. accedente q ab eo magis time-
10 bitur. ¶ † Hæcq; uera sunt si ipse uoluerit promittere si ipse non offendet, itē q non offendent aliis & consanguinei: secus uerò si uelit pmittere p consanguineos suos non offendere; qa hic requirit mādatū, & ab omnibus qbus timetur peti posset hæc cautio nisi stāte motus proprius de quo dicemus. ¶ Et sic officialis in reliquis datis terminis habilibus non potest compellere singulos consanguineos ad cauendum quando unus cauit pro omnibus ut ipse magis lucretur in recipiendis promissionibus pro latere suo.

11 ¶ † Quæro unus consanguineus dicit ego uolo cauere pro omnibus excepto Seio: quia ipse est discolus, nihil habet in bonis & facile rumpet hanc cautionem? forsitan debet audiri. Quia non est ponendus in manifesto discrimine quando constet de rixositate excipiendi, & multo magis hoc pcedit: quia si is offenderet non faceret occasione promittētis, sed ex causa sua unde ab eo timetur & propterea ab eo est cauendum pro se ut alias tetigimus.

12 ¶ † Quæro proximior qui promisit non offendi p coniunctos uno ex eis contrauenienté, q non est soluendo agit ut cæteri secū contribuant ad soluendū, uel petit q sibi cæteri dent cautionem de soluendo pro rata, an debeat audiri? minimè: quia negotium eorum non gessit, namque si pro-

misit

misit quia timebatur non offendi causa promittentis. ¶Sed si ab omnibus timebatur, & ab omnibus consensum est q causa redigatur ad promissionem unius ad tollenda dispédia tunc reliqui tenentur: quia negotium illorum gestum. Quare cautè forsitan agerteur si omnes consanguinei citan
13 di ad cauendũ, ut deinde consentiret in unum. ¶†Et sic ex pdictis nota q si coniuncti uolunt dare unũ fideiussorem p omnibus non debet officialis à singuli exigere cautionem; secus uerò si nolint. Vel unus non pmittat q singuli non offendent, licet pmiserit q nõ offendet p se uel cõiunctos.
14 ¶† Quæro officialis extorsit iuris ordine non seruato, cautionem hanc de non offendendo, pro qua fuit datus fideiussor, & est cauendũ, nunc agit contra fideiussoré, uel contra principalem, opponit q cautio illa non debuit dari, & q fuit data indebitè? ¶ Certè ista exceptio cõpetit, & dét probari q debitẽ data subsistente nempe timore offendendi.
15 ¶ † Quæro fideiussor soluit & non apposuit hanc exceptionem, si agat contra principalem, q replicet inique agis; qa misisti opponere exceptionem, qua poteras liberari à non soluendo quid iuris; uide quòd fideiussor fouet iustitiam ut per Afflic. in deci. 149. in causa magistri Palamedi.
¶ Quæro quidam cum nollet cauere fuit detrusus in carceres, & ibi tandem cauit & dedit fideiussorem, nunc conueni
16 tur: quia est cõtrauentum † opponitur quòd metu carceris fuit promissum quid iuris? Valet contractus quia licet regulariter non ualeat contractus initus cum carcerato tamé fallit ubi Afflictus, uel ubi carceratus debite fuisset carceratus ut per Bar. in l. qui in carcerem. ff. de eo quod met. cau. in l. qui neque. §. solutum. ff. de uerb. sig. Bal. in l. 1. in 1. col. uer. reuoco igitur in dict. l. trium. C. si quis. aliq. test. prohi. Mars. in prac. scilicet §. attingam. nu. 22.
¶ Quæro partes facientes instrumentum coram gubernatore loci asserunt in pfationibus de pace uel cautione inter te per instrumentum facta, rupta pace filius quærit instrm de quo fit relatio sibi edi, & quod non sit edendum nisi probetur extare penes partes, & nisi concurratur pro uno in recolligendo scribit Rui. cons. 20. circa. li. 5. & ibi sentit q

 præsentia

præsentia gubernatoris nihil operetur quoad quæsitionē, facit quia præsente, & acceptāte dici oportet, uel quia ipse non est filius, sed iudex.

17 ¶ † Quæro pars quæ timet offendi dicit D. Iudex non recipiatis talem in fideiussore; quia non est idoneus, quia difficilis conuentu uel labitur facultatibus, hoc tamen non obstante iudex illum accepit in fideiussorem cum fuerit contrauentum. An iudex teneatur ad interesse parti & fisco? ꝙ sic. Mars. in pract. in §. superest. nu. 9.

18 ¶ † Quæro q promisit non offendere, & dedit fideiussorem effectus est non soluendo, & cessit bonis an fideiussor liberatus sit. Quòd non alle. gl. & tex. in l. ubicunque. & tex. in l. à debitore. §. qđ si stipulator. ff. de fideiuss. & Gui. Pap.

19 decis. 211. debitor † ubi quoque dicit ꝙ debitor fisci non potest cedere bonis, quod facit contra principalem promissionem si fisco pœna fuerit stipulata.

SVMMARIVM.

1 *Recurrens ad curiam superiorem frangit cautionem, quam dederat de non egrediendo palatium, vbi fuerat retentus: secus si appellasset in retētione.*

2 *Fideiussores, qui se obligauerunt pro Titio, in formā, vt in casu ibi proposito, nō tenētur nisi pro offensione Titij nō autē aliorū & consanguineorum contentorum in instrumento.*

3 *Officiales qui receperunt cautionem de non offendendo, durāte officio suo, si eorum officium fuerit prorogatum non poterunt cogere partes ad dandam nouam cautionem, ratio ibi.*

4 *Vbi fit prorogatio, idem est prorogatum & prorogatio, & idem officium dicitur durare. limita tamen, ut nu. 5. 6. 7.*

8 *Pars, quæ timet offendi ab eo, qui est de aliena iurisdictione, & petit eum compelli ad dandam cautionem, quia possidet immobilia in territorio illo, vt latius in casu ibi, non debet exaudiri, quia ille a quo timetur, est de aliena iurisdictione. ex latissimo tamen officio iudicis poterit compelli. 9.*

10 *Iudex informatus de timore quòd partes ueniant ad arma, ex officio suo poterit ipsas compellere ad dādam cautionem; quia hoc respicit publicam vtilitatem.*

11 *Qui intelligatur de linea, in materia cautionis.*

Qui

12 *Qui sint de collonello, qui de prosapia, qui de generatione ibi remis.*

13 *Coniunctorum appellatione in materia, an veniant qui per illicitum coitum coniunguntur? vide ibi.*

14 *Vnus ex his, inter quos erat cautio, reperitur mortuus, præsumitur contra alium, cum quo habebat cautionem, intellige tamen vt ibi. 15. 16.*

17 *Egressus, de loco sibi assignato pro carcere, causa huius cautionis, ex quo promiserat non egredi sine licentia, sub pœna scut. 1000. reuersus est, non incidit in pœnam. ratio ibi. amplia. nu. 19. 20. 21.*

18 *Non tenetur pœna carceris rupti, qui exiuit de carcere, & idē rediit.*

22 *Qui promisit aliquem repræsentare ex causa vulneris, si ex vulnere postea secuta fuerit mors, non tenetur eum repræsentare.*

23 *Pactum de non petēdo cautionem de non offendendo non valet, nec de concordando, etiam cum iuramento, nec de non facienda pace.*

24 *Pars an possit cogi ad dandum nouum fideiussorem, si fideiussor, quē dederat sit factus nō soluendo cōcl. quòd non, quia hæc stipulatio videtur conuentionalis, & in conuentionalibus non est dandus nouus fideiussor. 25.*

26 *Fideiussio data ex officio Iudicis urgentis, uidetur quòd sit prætoria cautionalis, quo casu dici pōt quòd dādus sit nouus fideiussor, quia in prætoriis stipulōnibus dandus est nouus fideiussor.*

27 *Quomodo quis efficiatur, & probetur non soluendo ibi remis.*

28 *Pars, quæ ab initio dedit non idoneum fideiussorem, non tenetur dare alium; quia iudex debet sibi imputare qui id fecit.*

29 *Qui non vult dare hanc cautionem pōt priuari à suo superiore iurisdictione, feudo, & huiusmodi, quæ ab eo recognoscit.*

30 *Cautio de non offendendo potest peti antequam timeatur, quia euenire potest ut timeatur.*

31 *Maritus tenetur dare cautionem vxori, quæ timet offendi.*

32 *Qui nulliter cauit, tenetur iterum cauere.*
Officialis, qui non fecit dari hanc cautionē, tenetur ad interesse.

33 *Vniuersitas quæ dedit cautionem, non tenetur. si unus ex particularibus contrauenit.*

34 Vniuersitas, non tenetur cauere pro particularibus suis.
35 Ex cursu tẽporis 4. vel 5. annorũ, alio non probato, cautio non præsumitur fracta ex noua causa, sed si spacio 10. ann.
36 Obliuio præsumitur ex cursu 10. ann.
37 Pax, et cautio rupta dicitur, si stãte cautione pax secuta fuerit, deinde contrauentum & non apparet an ex noua causa.
38 Nouatio non inducitur, nisi expressè dicatur.
39 Iudex ex æquitate, & ex officio potest petere cautionem de non abutendo armis, ab eo, cui cum timeret offendi concessit licentiam deferendi arma.
40 Excipiẽs, cõtra petentẽ cautionẽ, qui prius habuerat licentiã armorũ, es securus pp arma, non liberatur, quia adhuc nõ est plenè prouisum scandalo cui obuiari debet, sicut si ei prius cautiõ fuisset, posset petere etiam licentiam armorum.
41 Clericus non incedens cum habitu, neque tonsura, conuentus dedit cautionem de se representando, & cum diu litigasset comparuit in habitu, & tonsura petens se remitti ad iud. eccl. non est audiendus.
42 Si alterius partis interest pacem, uel cautionem non remitti, altera in præiudicium illius facere hoc non poterit.
43 Pactum unius alteri nocere non debet.
44 Fideiussor liberatur, si ille, pro quo cauit de eum representando, captus ex eadem causa, aufugit, sed non si ex alia nisi protestatus fuerit ut ibi.
45 Ille, qui est certus quòd non offendetur per aduersarium usque ad certum tempus, sed eo transacto, sic, potest petere cautionem quòd adueniente illo tempore sibi cauebit.
46 Licentia deferendi arma, in materia cautionis, finitur morte, & finita iurisdictione illius qui eam concessit.
47 Cautio de se representando, est pretoria, & similis cautioni de iudicio sisti. ex quo declaratur, quòd licet ille, qui promisit factum alienum, et fecit quidquid potuit, regulariter excusetur, tamen in his cautionibus pretorijs non excusatur.
48 Indices nostri temporis, an bene faciant? extorquere à multis, cautionem de se representando, toties, quoties? distingue vt ibi latè per eam.
49 Promissio facta oretenus iudici sine scriptura, quòd talis ad

eius

eius uoluntatem se repræsentabit, nõ obligat promittentem ut teneatur illum repræsentare; quia in huiusmodi cautionibus requiritur scriptura. 50.

51 *Constitutio in Regno Neapolitano, circa dandos fideiussores de iudicio sisti, uel se representando.*

52 *Qui non est notus in uno loco, nec inuenit fideiussorem uel circa cautionem de non offendendo, uel de se representando, petit se remitti ad curiam, uel locum suum, ubi dabit fideiussores, an iste debeat remitti? distingue ut ibi per Alex. et per hũc nu. 69.*

53 *Deprehensus per curiam in crimine, pro quo tamen, pœna corporalis non est infligenda, offerens dare cautionem de se representando iudicis, data cautione debet relaxari.*

54 *Cautio de non offendendo concurrit cum pace, ubi constat de timore, licet facta sit pax. Sed ubi timor ex pace esset sublatus, cautio debet aboleri. ratio ibi.*

55 *Cautio data est de non offendendo, sed per aduersarium suggestum est iudici quòd iste non cauerat, ex quo in eius bona, uel personam executio facta est, an habeat aliquod remedium? concl. quòd ei succurritur aut extra ordinem, aut actione iniuriarum.*

56 *Cautio, uel saluus conductus, uel saluaguardia data ex aliqua causa cessante illa causa, cessat cautio uel licet non fuerit abolita, perinde ac si data non fuisset.*

57 *Coniunctus, de iurisdictione, uel alieno territorio, pro quo data est cautio non offendi, fuit offensus in suo uel alieno territorio, uel coniunctorum cauentium, an dicatur rupta cautio? concl. quòd non, ratio ibi. limita etiam ut ibi.*

58 *Supplicatio non est subreptitia, si ille, qui fuit condemnatus ob fractionem cautionis, & ob insultum cum non fregerit cautionem, ut insultum (ut aliàs conclusum est) solum supplicauit de insultu, & condemnatio fuit cassa quoad insultum, sed non quoad cautionem, quia in supplicatione totum negotium non narrauit. ratio ibi.*

Non entium, nullæ sunt partes.

59 *Surreptitium non dicitur quia non fuerit expressum.*

60 *Nõ omne id uitiat, sed id tantũ, quia iure reperitur expressum.*

61 *Index si uoluerit immutare cautionem datam pro ignatis, re-*

gnatis, & affinibus, ut in specie detur pro illo, & alio, ex causa limitari poterit secundum eum, ibi.

62 Ea, quæ longa consuetudine fuerunt obseruata, immutari non debent.

63 Promissio de non offendendo actiuè uel passiuè, agnatos, cognatos, & affines, an comprehendat eos qui sunt principium talium qualitatum uel eos, in quibus magis procedit ista ratio. de quibus ibi, secundum eum arbitraria, uide ibi.

64 Mulier quæ fideiussit nõ offendi, nõ habet beneficium uelleiani.

65 Fideiussor defendet se à fisco, ratione mandati, uel obligationis indemnitatis sibi factæ per eum qui rupit cautionem & cuius bona sunt confiscata, licet sint confiscata pro homicidio, dummodo ei obligatio facta sit anterior.

66 Effectus cautionis de se representando.

67 Cautio de non offendendo non probat inimicitias, quia est fundata in timore, non in inimicitijs. 68.

70 Declinatoria fori quæ competit principali, non competit fideiussori. in casu ibi proposito.

71 Fideiussor de non offendendo non tenetur de excessu; quia excessus habet in se culpam & non dolum, Cautio autem de non offendendo non rumpitur nisi interueniat dolus. 72. 73.

74 Promittens aliquem represẽtare sub pœna, si pœna est applicata parti, tenetur etiam ad interesse quòd est ultra pœnam, sed quando pœna est promissa fisco, non tenetur ad interesse. idem in principali.

75 Fdeiussor qui pro aliquo promisit aliquẽ nõ offendi, non põt petere se eximi ab illa obligatione nisi in casibus, de quibus ibi.

76 Pœna cautionis de non off. non acquiritur fisco, si ei fuerit stipulata per alium quàm per notarium publicum.

77 Ille qui habet cautionem de se representando, an satisfaciat mittendo procuratorem? distingue ut ibi.

78 Sententia lata contra principalem, mandatur executioni contra fideiussorem, sine nouo processu, sed facta in contumaciam non nocet fideiussori.

Cautio de non offendendo nõ aboletur, licet quis offenderit, se fecisse pacẽ cũ aliquo, sed non ecõtra, quòd ille fecerit sibi pacem stãte cõsuetudine quòd ostendens pacẽ possit abolere cautionẽ.

Quo-

Quomodo recurratur ad curiam superiorem, in materia. Cap. L.

1 QVAERO † dum quidam retineretur in palatio cum cautione, deinde non egrediendo sub pœna mille scutorum, inde aufugit recurrens ad curiam superiorem in qua se constituit, quæsitũ est, an cautioné supraſcriptam fregerit, uĩ ꝙ sic; qa uerborum sonus ita suadet. faciunt quæ contra fugiétem à carcere uel attentanté rumpere carceré scribit Gram. uot. 38. ¶ Planè si iste appellasset in casibus de quibus appellans non põt retineri, credo quòd iure ita abiret arg. l. minimè. C. de appellat. Hæcque applicari possunt ad cautionem de non offendendo eiusq; materiam; quia sæpe cõtingunt.

2 ¶ † Q. Titius promisit quòd ipse nec Caius nec Sépronius nec affines sui offendent Seium sub pœna mille, & pro hoc dedit fideiussores in hanc formam se obligarunt pro quo Titio tales fideiusserunt, an hoc casu tales fideiussores teneantur solum si dictus Titius offenderit dictum Seiũ, an uerò teneantur pro offensa à quocunque nominato in dicto instrumento? Dicas quod tenentur solũ pro offensione ꝑ dictũ Titiũ, ut ꝑ Bal. cõs. 22. in dñi. uol. 2. quod singulariter esse notandũ scribit Mars. singu. 583. Titius fecit pacé.

3 ¶ † Quæro officiales recipiunt cautionem de non offendédo durante suo officio, nunc uenit casus ꝙ eorum officium fuit prorogatum, an possit officiales cogere partes ad dandam nouã cautionem ut inde lucrẽtur iulios duos uel tres?

4 uidetur ꝙ non, † quia ubi fit prorogatio idem est prorogatũ & ꝓrogatio. l. ed si manéte. ff. de procurat. Et idé officium dicitur durare secundũ Bar. in l. dies cautionis. ff. de dam. infect. cum alleg. per Fely. in c. præterea. col. xj. nu. 31. ex. de spons. in c. de causis. col. 1. & sequent. de of. delega. quod uidetur ampliari ad iuramentum cum omnibus qualitatibus. Bar. in l. cum stipulatus sim mihi à proculo. col. pe. de uerb. obl. Bal. in c. uenerabilé. col. 4. de elect. Doct. in l. i. §. & post operis. ff. de oper. no nun. Doct. in d. c. ꝑterea. & in c. de causis. Fel. ĩ c. j. extra. de iureiu. Dec. cõs. 93. ꝑ tenui.

qua

qua ratione idem dicendum est si dicatur pro toto præsente officio.

5 ¶†Hæc tamen limita quotiescunque non per modum prorogationis, sed per modum noui officii id fiat, q erit si ita dicatur uel si post finitum primum officium id fiat, quoniã non erit prorogatio, seu officium antiquum ut per Bar. in d.l.dies cautionis in pr.in fi.uer.ubi Alex.ubi alle.& Fely. in d.c.de causis.ubi alle.Old.cons.121.Paris. cõs.43.prorogatio.col.1.li.1.& ibi uideri poteris q̃dã quomodo prorogatum,& prorogatio non sint eadem.

6 ¶†Secundò limita ratione fideiussoris qui in prorogato nõ ueniunt nanque ii essent repetendi; quia cessat ratio identitatis ex prorogatione ergo cessare debet dispositio.l.adigere.§.quanuis.ff.de iure patro.

7 ¶†Et idem ratione hypothecæ pro conseruatione indemnitatis uice uersa si per fideiussorem fuerint confirmatæ securitates ut aliàs dixi,plenè tali promissori non debet negari actio mandati uel negotiorum gestorum, nisi ipse pro se & conueniri promiserit ut fideiussor.

8 ¶ † Quæro duo de aliena iurisdictione inuicem altercati sunt, iidem habent coniunctas personas in meo territorio, quarum una pars timet ab altera siue in eadem regione siue in alia regione quærit, timens in territorio meo partẽ à qua timetur dare cautionem compelli; quia pars hæc à qua timetur in territorio meo possidet immobilia an iusta petat?uidetur q non. Quia ille à quo timetur est de aliena iurisdictione.l.fi.ff.de iuris.om.iud.

9 ¶†Per indirectum tamen id fieri poterit ex latissimo officio in materia; quia ad damnum deueniri potest facta citatione per loca uniuersalia, & per consequens multo magis ad capturam bonorum quasi contra contumacem, q magis uerum erit si sub eodem præside sunt licet & de speciebus facta distinctione iurisdictionum.

¶Quæro iudici suggestum est q est timor ne deueniatur ad arma:sed quia partes putant sibi uerecundiam esse petere 10 hanc cautionem propterea non petunt † an iudex ex officio poterit partes compellere ad cautionem? utiq; si informatus

matus

matus ſit de timore; qa ut ſ. diximus ex officio partibus non petentibus uel negantibus de timore poteſt cópellere illas ad cautionem; quia hoc reſpicit publicam utilitatem.
¶Quæro quidam promiſit non offendere uel ſtipulatus eſt
11 non offendi ex linea ſua †dubitatum eſt quomodo id intel ligatur. Certè ex linea alicuius eſſe omnes deſcendentes ex eo ita ut non fratres eiuſdem uel ex fratribus deſcendẽ tes, ut per Bal. in conſ. alleg. per Iaſ. in rub. de op. nou. nun.
12 col. 2. Pariſ. conſi. 20. col. pe. lib. ſec. conſi. 51. col. 1. lib. 2.
12 ¶†Et ibi habebis qui ſint de collonello, qui de proſapia. qui de generatione alicuius.
¶Quæro aliquis promiſit non offendere coniunctos, uel ꝑ coniunctos dubitatᷓ utrum ueniant coniuncti ꝑ illicitũ coi
13 tum, †an coniunctorum appellõ ueniant ii, qui per illicitum coitum coniangantur notat in l. nuptias. ff. de reg. iur.
¶Quæro ille qui detrectat dare cautionem de non offendẽ do, uel nõ poteſt citari. quia eſt forenſis an poſſit banniri? ꝙ ſic, uel ſi non ſit perſonaliter citatus ut per Capit. deciſ. 141. & per Carrer. in pract. l. obſeruare. nu. 65. in fin. ubi ꝙ non poteſt foriudicari.
¶Quæro inter aliquos data fuit cautio de non offendendo
14 nunc ex his unns reperitus mortuus †an pręſumatur occiſus ab eo cum quo habet cautionem? Et ꝙ ſic Guil. Cun. in tra. de ſecurit. circa fi. uer. ſed nunc. q. Catal. in tract. ſyndic. nu. 18. Niſi probetur. ꝙ ab aliis ſec. Guid. Pap. in trac. de præſum. ut de his ꝑ Carrer. in prac. l. obſeruare. nu. 127.
15 ¶†Id tamen intelligendum eſt quoad torturam, non autẽ
16 quoad condemnationẽ † quinimmo nec quoad torturam, niſi alia concurrant ut ꝑ Carre. in ſupradicto loco ubi uult ꝙ non ſufficit ſola inimicitia ſed alia requirunᷓ ut ibi ꝑ eũ
¶Quæro aliquis iudex aſſignauit contra huius obligatores alicui aliquẽ locum pro cauere, & is promiſit inde nõ egredi ſub pœna mille ſcutorum ſine licentia inde tamen egreſ
17 ſus eſt ſed rediit, an inciderit in pœnam? & ꝙ non incidat
18 in pœnam facit †quia non dicitur pœna carceris rupti teneri ille, q exiuit de carcere & inde rediit ut. ¶Nec id faciat indicium contra eundem arg. not. in §. pauonum. inſtitut.
de

de rer. diuis. Mars. consi. 122. Carre. in pract. l. obseruare. num. 116.

19 ¶ † Quinimmò si is iniustè detinebatur, & aufugit de carcere supradicto, non dicitur incidisse in pœnam ut per Tho. Gram. cons. 51. & uot. ultimo. & per Carrer. in pract. d. l. ob
20 seruare. nu. 117. ubi hoc ampliat ét † si aufugit propter seui
21 tiam iudicis, & minas atroces, & ibi uide per eũ. ¶ † Sed qd si iste ut supra stare iussus aufugit & deuenit ad superioré, siue petens recursum ad superioré aufugit ad eũ superioré cũ sibi denegatr recursus? vr ꝙ non fregerit cautioné, qa nõ habet animum aufugiendi iux. §. pauonũ. insti. de rer. diui. ¶ Quæro aliquis dedit cautionem de aliquo representando ex causa uulneris illati, ex uulnere postea secuta est
22 mors, † an tenetur eundem representare? ꝙ non. Bar. & Alex. in l. damni. §. Sabini. ff. de dam. infec. Mars. in rub. de fideiusso. char. 14. scias etiam. Ias. in l. 1. in ult. col. ff. de in lit. iur. Carrer. in pract. l. obseruare. nu. 12.

23 ¶ † Quæro an ualeat pactum de non petendo cautionem de non offendendo? ꝙ non; quia non ualet pactum etiam iuramento firmatum de non concordando, uel de non facienda pace, ut per Paris. cons. 69. nu. 120. lib. 3.

24 ¶ † Quero aliquis dedit aliquem in fideiussorem de non offendendo, is posteà effectus est non soluendo, nunc instatur ꝙ detur alius fideiussor; qa primus effectus est non soluendo, qd iuris? vr ꝙ dandus non sit nouus fideiussor; qa
25 hęc stipuló vr conuentionalis, † & in conuentionalibus nõ est dandus nouus fideiussor, ut scribit Bar. in l. prætoriæ. ff. de prætor. stipula. & refert Affli. in decis. 172. in sacro consilio. ¶ Planè quando hæc fideiussio datur ex officio iudicis urgentis ad hanc cautionem, uidetur ꝙ ea sit prætoria cautionalis, quo casu dici potest ꝙ dandus sit nouus fideiussor;
26 quia † in prætoriis stipulationibus dãdus est nouus fideiussor priore effecto non soluendo, ut per Bar. & Affli. in su-
27 pra alleg. locis. ¶ † Quomodo autem quis efficiatur & probetur non soluendo, latè scribitur in l. decem. ff. de uerb. obl. in l. si. ff. si cer. pet. Dec. remiss. in l. nemo dubitat. ff. de
28 reg. iu. & ipse tetigi in libro meo de proban. negat. ¶ † Sed si ab

si ab initio nō idoneus fideiussor datus (nisi per imposturā id fiat) certè iure quis non cogitur dare nouam cautionem; quia debet sibi imputare iudex qui id fecit. l. si is à qui §. si semel. ff. ut in possess. leg. §. quis act. ff. quo. leg. Tiraq. in §. bonæ mem. 39. de uerb signi. & imputet sibi fiscus quòd non habeat ibi notarios tacitos uel faciat opprimere successorem.

29 ¶ † Quæro aliquis non uult dare hanc cautionem utrum à superiore suo, ꝓpterea priuari possit iurisdictione, feudo, & huiusmodi, quæ ab eodem superiore recognoscuntur? ꝙ sic Grammat. decis. 104.

30 ¶ † Quæro utrum antequam timeatur, quia timeri potest uel euenire potest casus, ut timeatur cautio hæc peti possit? ꝙ sic probare uidentur notata per Paris. cons. 99. lib. 3.

31 ¶ † Quæro utrum uxori, quæ timet à marito offendi dāda sit hęc cautio; ꝙ non facit. l. 2. C. ne fideius. do. den. Contra probant notata per Paris. consi. 54. lib. 4. adde Afflic. in consti. regn. legum asperitatem. & per Carrerium in prac. §. circa. nu. 241.

32 ¶ † Quæro utrum ille, qui nulliter cauit teneatur iterum cauere. ꝙ sic. Bal. in l. quoties. ff. qui satisda. cog.

¶ Quæro an officialis qui non fecit dari hanc cautionem teneatur ad interesse, ꝙ sic. Rip. de diuers. rescrip. resp. 9.

33 ¶ † Quæro uniuersitas dedit cautionem de non offendendo, modo unus ex particularibus uniuersitatis contrauenit an uniuersitas insolidum teneatur? ꝙ non probant no. in l. aut facta. §. nonnunquam. ff. de pœnis.

34 ¶ † Quæro an uniuersitas teneatur dare cautionem pro particularibus suis? ꝙ non probat. C. res inter alios act. & C. ne fili. pro patre. ¶ Planè si uniuersitas requisita ut particulares suos compellat ad cauendum id facere detrectauerit forsitan non ab re ad represalias, quas pignorationes clarigationesve quidam dicūt deuenietur iuxt. tradita per Bar. in tract. de represal.

¶ Quæro per plures annos ut quatuor uel quinq; statutū est in cautione de nō offenden. tādem contrauentum est an præsumatur noua causa alio non probato ex solo cursu temporis?

poris? certè ex tam breui tempore non præsumetur noua causa, sed antiqua.

¶ Planè si tempus decem annorum interuenisset dicédum
36 forsitan esset nouam causam præsumi, quia † scilicet obliuio ex cursu decem annorum præsumitur. l. peregre. §. qui bus. ff. de acq. possess. ¶ Item quia sicut ex cursu decem annorum si allegetur titulus cum prestatione præsumitur secundum quosdam iuxta not. in l. cum de in rem uerso. ff. de usuris, ita præsumetur noua causa si allegetur.

37 ¶ Quæro stante cautione de non offendendo, si peruentũ fuerit ad pacem deinde contrauentum fuerit, & non apparet an ex noua causa, & dubitatur an & cautio & pax rupta dicatur quid iuris? uidetur quòd una tantum, quia bona fides non patitur in bis idem exigatur reg. bona fides. ff. de reg. iur.

38 ¶ † Contra facit, quia hæc stant simul, item nouatio non inducitur nisi expresse dicatur. l. fi. C. de nouat.

¶ Nec præsumitur noua causa ꝙ pax cautionis causam & timorem abstulisse uideatur. quia & stare nihilominus potest.

¶ Quæro diximus supra quòd iudex potest dare licentiam
39 deferendi arma timenti se offendi, † an præterea petere possit cautionem de non abutendo armis? credo quòd sic ex æquitate & officio. l. æquissimum. ff. de usufru. & l. congruit. ff. de offi. præsid.

¶ Quæro ille qui habet licentiam deferendi arma, & defert petit adhuc cautionem, excipitur non habes amplius timo
40 rem, quia securus es propter arma † an ita excipiens liberetur ab hac cautione? credo quòd non, quia adhuc non est plenè prouisum scandalo, cui occurri debet. ¶ Vt contra si data fuisset cautio non esset deneganda delatio armorum si iudici uideretur ꝙ per cautionẽ non esset plenè prouisum timenti, qa hæc remedia simul cumulari pñt, ut aliàs dixi.

¶ Quæro quidam clericus non accedens in habitu, & tonsura conuentus dedit cautionem de se repræsentando in iudicio, & cum diutius litigasset nunc comparet in
41 habitu & tonsura, & petit se remitti † an id sit faciendum

dum quòd non, q. Tholos. 144. quidam clericus coniugatus.

¶ Quæro an partes possint inuicem sibi remittere pacem, uel cautionem de non offendendo? dic aut alterius inter-
42 erat pacem cautionem ve non remitti, & † in præiudicium
43 eorum id fieri non potest, † quia pactum unius alteri nocere non debet facit in proposito. l. fi. ff. de pact. & per Doct. in l. 1. §. usque adeo ff. de iniuriis.
44 ¶ † Quæro ille qui dedit cautionem siue fideiussionem de
45 se representando captus aufugit † utrum fideiussor liberatus fuerit, uel si cautio & fideiussio sit de representando toties quoties? Certè si ex eadem causa fuit captus utique liberantur fideiussores, sed si alia minimè. ¶ Nisi fideiussores cum ille reus captus fuit protestati fuerint curiæ ꝙ ipsum bene custodiant alioqui ipsi nolunt in futurum amplius teneri, & ita in effectu post longam diuisionem uidetur tenere Affli. decis. 130. habuimus istum casum, & re uera est notandum.
46 ¶ † Quæro certus sum ꝙ usque ad quindecim dies me non
47 offendes, sed quòd post sic, † utrum interim possim petere mihi dare cautionem quòd adueniente de mihi caueris? utique iuxta l. in omnibus. ff. de iudi. quæ lex habet locum etiam in contractibus stricti iuris, ut nec communi scribit Affli. decis. 108. procurator patris Raymundi. faciunt quæ scribunt Bart. Alex. & alii in l. 2. ff. sol. mat. ubi de materia.
¶ Quæro in materia cautionis de non offendendo, aliquis superior uel gubernator concessit licentiam deferendi ar-
48 ma † quatenus hæc duret? uidetur ꝙ morte & finitione iurisdictionis, ut per l. fi. ff. de pœn. dici potest, & notatur per Afflict. decis. 128. fuit dubitatum. col. 3.
¶ Quæro superius scripsi aliqua de cautione de se represen
49 tando † an sit cautio prætoria, an conuentionalis? certè est prætoria. Quia similis est cautioni de iudicio sisti à qua regulatur & declarationes omnes recipiet ut sensit Afflic. in const. regni humanitate col. 2. nu. 2. ¶ Ex quo illud pulcherrimum sequitur ꝙ licet aliàs regulariter promittens factũ alienum, & faciens quidquid potest excusetur. Tamẽ in his

cautionibus prætoriis non excusatur,ut per Bar. in l. quoties qs alium.ff.de uer.obli.& per Affl.in supradicto loco,
48 ¶† Quæro isti practicantes nostri temporis indistinctè ab iis,qui in manu suas perueniunt extorquent qua intentione nescio cautionem de se repræsentando toties quoties, an bene faciant? Certè est distinguendum. namq; aut ante accusationem,inquisitionem,q̄relam processum ve eam petunt,& malè faciunt, quia cautiones ꝑtoriæ solum post inchoatum iudicium vñr præstari.Et in specie cautio de iudicio sisti ut ff. si quis cau.per tot.namq; negotia non sunt in sarcinãda sed unum post aliud expedietur, aut post inchoatum processum , & tunc aut sumus in causis criminalibus corporis afflictiuis, & non debet qs dare hanc cautionem, sed retinetur in carceribus, iuxt.tñ distinctionem Bal.in l. 2.C.de cust.& exhib.reor.¶ Planè si iudex uellet eum audire sub fideiussione ad tempus,ut j. in arbitrio rei hoc esset an id facere uellet,quia qui se in carceribus constituit non tenetur cauere de iudicio sisti:quia semper stat. Aut sumus in non corporis afflictiuis & iustè petitur,à iudice uel parte cautio de stando iuri iudicio sisti,siue se repræsentando, ut per Bar.in l.2.§.fi. ff. q satisd.cog. in l.sicut reus.ff. de fideiuss.cum si.Et tunc simpliciter data hæc cautio extendetur quousq; durat illa instãtia siue cã,ita ut in causa appellationis non dicatur repetita,ut per Bal. in l. sancimus.C. de fideiussor. Alex.in l.fideiussit.§.fi.ff. qui satisd.cog.fac. l.fideiussio.§.fi.ff.qui satisd.cog. Afflict.in const. regni humanitate col.2.si dicatur toties,quoties aliàs scripsi.¶ Aut petitur post sententiam,& tunc aut in causa appellationis, & puto ꝙ iustè petatur , quia appellõ reducit ad terminos usq; ad litem contest.aut post rem iudicatã,& tunc aut sup nouo iudicio rei iudicatæ,& puto ꝙ sic, aliàs non , quia finita est hec instantia ut in ꝑdictis locis.¶ Scribitur, & clausula de iudicio sisti ut per Cępoll.caut.96.& Paris.cõs.48. li.1.¶ Sed an poterit retineri quando fertur sententia? vr quòd sic,ne fiat iudicium elusorium? Contra quia hoc iure non cauetur & sibi debet ille imputare , qui apertius de iudicato soluendo non cauit. l.quidquid astringendæ.ff.de

uerb.

uer. obl. Et ex hoc non est bona practica illorum qui faciũt dari cautionem ex abrupto de se representando coram iudice maiori, potius enim per præceptum in expediẽdum est.

49 ¶ † Quæro aliquis amicus iudicis iuit ad eum & dixit (ego promitto quod representabitur Titius quando uolet dominatio uestra) & tñ de hoc nulla est cõfecta scriptura, nũc iudex uult p̃sentari Titium, amicus ille dicit Domine non fuisti cautus, quia qui promittit aliquem representare non obligat̃, nisi interueniat scriptura qd iuris? (amicus ille p̃t
50 defendi) quoniam † in huiusmodi cautionibus de se representando requirit̃ scriptura. l. si fideiussor. C. de fideius. no. gl. in c. 1. de censi. li. 6. Affl. in cõst. regni humanitate col. 2.

51 ¶ † Quæro in amplo regno Neapolitano est constitutio humanitate de his, qui fideiuss. dar. poss. qua cauetur ꝙ paratus dare fideiussores de stando iuri, siue de se representando, auditur extra carceres, etiam in corporis afflictitius. Nunquid iudex ex officio possit requirere hos fideiussores uel si nõ offerantur possit reum detrudere in carceres? utique si non offeruntur per reum. Quinimmo si non ducunt̃ fideiussores ad iudicem iudex potest ducere & mittere in carcerem dictum reum per Affli. d. consti. humanitate. col. 2. ubi allegat Bar. in l. prætor. §. si quis paratus. ff. de oper. nou. nunt. ¶ Illa tamen constitutio habet complures limi-
52 tationes quas satis peritè ibi prosequit̃ Afflictus. ¶ † Quæro de quæstione apta tam ad cautionem de se representando, q̃ ad cautionem de non offendendo, & similes. Euenit casus ꝙ aliquis ex partibus Curiæ gñalis dicit in curia gñali, ego hic non sum notus, non habeo, nec inuenio fideiussorem remittatis ad curiam meam, uel ad locum meum, & ibi talis pro me fideiubebit, an curia teneatur hoc facere, Alc. in l. si fideiussor. §. si necessaria. ff. qui satisd. cog. uidetur distinguere ut in criminalibus non fiat remissio, in ciuilibus sic Afflictus in d. consti. humanitate. dicit se uidisse obseruari ꝙ non fit remissio. ¶ Quęro fideiussor sciens reum, quem representare tenebatur esse fugiturum uadit ad iudicem dicens Domine iudex præsento uobis talem, eum bene curetis, qa pro eo nolo amplius esse fideiussor an sit liberatus?

quod scribit Affli.in d.constitutione humanitatē. nū. 15.

53 ¶†Quæro quidam est deprehensus per curiam in crimine in prouincia(sed pęna non est corporis afflictiua)dicit Berroariis relaxetis quia uobis offero cautionem,de me repręsentando iudici an audiatur ? quòd sic Alex. in l. si §.uerò qui pro rei.ff.qui satisd.cogan. Affl.const.reg.de illi. port. arm.nu.23.

54 ¶†Quæro utrum cautio de non offendendo concurrat cū pace? dic ubi constat de timore·licet facta sit pax,tamē cautio cum pace concurrere poterit, quia causa adhuc subest, stat enim simul pax & hæc cautio. ¶Sed ubi timor ex pace esset sublatus utique cautio debet aboleri, præsumitur autem in dubio timor cessare ex pace, quia non pręsumendo est ficta iuxta. l.merito.ff.pro soc.cum simil.

55 ¶ † Quæro cui cautum erat de non offendendo post uero suggessit iudici,ꝙ aduersarius non cauerat,unde in eius bona uel personam facta est executio an huic succurratur aliquo remedio? (quòd extra ordinem, uel actione iniuriarū probat̄ ex scriptis ꝑ Galle.de obli.in for.cam.par.ul.q.ul.

56 ¶†Quæro data cautione de non offendendo, saluoconductu, saluaguardia & id genus ex cā aliqua, cā illa cessante an cautio illas,saluusq́; conductus aliter non abolitus per inde cessauerit ac si datus non esset? ꝙ sic cons. Imol.cons. 33.in casu ꝓmisso,& Cor. cōs.122. uiso pūcto & ꝓsupposito li.4.Tiraq cessāt.cau.p.1.nu.130.& seq.uer.saluuscōductus ¶Planè si ex statutis instrumenta exequenda forent ut iacent difficultatem causa haberet, & ad id ꝙ supra diximus aggregari possent quæ de pace idem e.p.nu.192.scribit.

57 ¶†Quæro data est cautio de non offendendo coniunctos, modo unus coniunctus de iurisdictione offensus est in alieno territorio, uel coniunctus de alieno in suo uel alieno, uel in territorio coniunctorum cauentium nunquid rupta est cautio? ꝙ non probat Alci.cons.388.nobilium:quia tales cautionem dantur ex iussu superiorum ad quos non ꝑtinet nisi suos in sua iurisdōne custodire,& quibus impunè paretur extra eorūdem iurisdictonem.iux. l.fi.ff.de iurisd. om.iud. ¶Vnde notare licebit ꝙ si ex cōuentione partium

per

per se uolentium talis cautio data fuisset utique frangeret hęc cautio. ¶ Sed dubitari potest quid si sunt in diuerso territorio, & diuersis gubernatoribus, sed sub uno generali pastore ut uerbi gratia Perusini, & Vrbeuentani, uel Marchiani unum Pontificem recognoscūt ij tamen diuersas suas habent iurisdictiones, siue regimina, uidetur ꝙ frangatur: quia unus uidetur fiscus licet in partes diuisus.

58 ¶ † Quod diximus supra ꝙ per insultum non frangitur cautio de non offendendo. Modo quidam fuit condemnatus, ꝙ fregisset cautionem, & ꝙ fecisset insultum, cùm is non fregisset cautionem ex insultu solum supplicauit de insultu, & illa condemnatio fuit cassa quoad insultum, sed nō quoad cautionem, nunc dicitur de surreptione, quia totum negotium non narrauit in precibus, quid iuris putaui, ꝙ non esset surreptitia supplicatio quoad insultum, quia ipse non fregerat cautionem unde non entium nullæ sunt partes,

59 Item † non sequitur non fuit expressum, ergo surreptitiū licet mouere potuisset principem ad non concedendum,

60 quia † non omne id uitiat, sed id tantum ꝙ à iure reperitur expressum, & aliàs diximus ꝙ catio de non offendendo nō facit insultum aliàs certæ pœnæ nunc extraordinariæ.

61 ¶ † Quæro consuetudo est ꝙ hæc cautio detur pro agnatis cognatis, & affinibus iudex uult immutare hanc cautionem & uult me astringere ad fideiubendum in specie pro hoc

62 uel illo, ego dico † ꝙ non debent immutari ea, quæ longa consuetudine fuerunt obseruata. Credo ꝙ id ex causa limitari possit. iuxta l. si hominem. ff. mand.

63 ¶ † Quæro quis promisit non offendi per agnatos, cognatos, & affines, uel contra non offendi agnatos, cognatos, & affines an comprehendātur quidam q̄ sunt uel principium talium qualitatum, uel quidam in quibus magis procedit ista ratio ut uxor dr̄ principium affinitatis, mater non dicitur cognata, neque agnata, pater non uidetur dici de agnatis ut & filius, & descendētes ut ꝑ Doc. in l. fi. C. de uer. sig. Io. Ceph. cons. 53. ¶ Certè ex rōne magis, quam ex uerbis; ubi rō magis ꝑponderat, hanc cautelam semper existimaui, hæc aūt rō cum uaria iudici monstrari possit arbitraria erit

iuxta.l.primam.ff.de iure deliberandi.
64 ¶†Quæro mulier fideiussit non offendi an habeat Velleianum? uidetur ꝙ non. Sed istud dubium hodie cessat propter iuramentum. Sed stantibus constitutionibus Marchię, si non fuit seruata illa solennitas uidetur ꝙ non ligetur iuxta singula. Marsi.sir.cum simi.
65 ¶†Quæro an fideiussor pro eo qui rumpit cautionem & cuius bona sunt cõfiscata possit se defendere à fisco, rõne obligationis indemnitatis uel mandati ꝙ sic ut l. 1. ff. de leg. iu. de ui public. ¶Sed & si filius instaret qui bona confiscasset pro homicidio præfertur prior obligatio. ¶Sed & opponi posset ꝙ bonafides non patitur ut bis idem exigatur.
66 ¶†Quæro quem effectum habeat cautio de se representando ultra uulgarem, ut quis teneatur se representare, certè habet hunc alium ut iudex qui aliàs de iniuria tenebatur: quia fecerat aliquem indebitè capi liberetur propterea, unde cautelam sumpsit Ferrat.caut. 14.
67 ¶†Quęro utrum hęc cautio de non offendendo probet inimicitias? credo ꝙ non: quia hæc est fundata in timore non
68 autem in inimicitia, & facit id quod dicitur† an instrumẽtum pacis probet bellum præcessisse de quo Bar.in l. legata inutiliter. ff.de adimen. leg.Bal. in l.cum tale.§.fi.ff.de conditio.& demõ. Alex.in l. 1.§. 1.nu.7.ff.de ope.nou.nũ.
69 ¶†Quæro aliquis conuenitur in curia generali ad dandos fideiussores siue cautionem de non offendendo, reus pulsatus dicit domine remittatis me ad meum domicilium ibi cauebo quid iuris? dic ꝙ ante conuentionem siue citationẽ is id petere potest, sed post quam citatio interuenerit in loco iudicii, & ubi petitur cautio ista erit pstãda, & nullo mõ fiet remissio ut de his latè scribit Affli. deci.137. dictat no
70 uell. ¶†Quæro clericus in curia seculari dedit cautionem de non offendendo, deinde dedit laicum in fideiussorem & est contrauentum laicus fideiussor conueniť, excipitur ꝙ suus principalis est clericus, unde remitti debet, replicať ꝙ ista exceptio est declinatoria fori; declinatoria aũt, quæ competit principali non conceditur fideiussori Spec.in tit. de compet.iud.adi.§.regulariter, uer.pone fideiussor.Bal. in l. 1.

in l. 1. in fi. de priuil. dot. vt tex. in l. si reus. ff. iudi. sol. & post Ro. quē in sing. all. scribit Affl. dec. 206. penes & apud.

71 ¶ † Quæro an fideiussores de non offendendo teneantur de excessu ꝙ non scribit Affl. in prælle. deci. 206. & dubio

72 procul id uerum est quoniam † excessus habet in se culpam

73 & non dolum. † Et alias diximus ad rumpendam hanc cautionem requiritur dolus non sola culpa.

74 ¶ † Q. ille qui promisit aliquem representare sub pœna, utrum ultra pœnam teneatur ad interesse ꝙ est supra pœnam? dicas ꝙ in parte id fieri potest. Sed quando pœna est promissa fisco tunc fideiussor nō tenet̃ ad pœnā & interesse ut Affl. decis. 234. fideiussor. ubi quoq; quid in principali.

75 ¶ † Q. ille, qui fideiussit pro aliquo aliquem non offendi, nūc petit à suo principali ꝙ ipse tollatur siue eximatur ab obligatione an licitè id faciat? regulariter dic ꝙ non, nisi fideiussor soluerit, nisi fideiussor cōdemnatus fuerit, nisi diu ꝙ arbitrio iudicis exponitur steterit in obligatione, nisi principalis bona sua incęperit dissipare. item nisi actū fuerit ut ad tempus fideiussor teneatur, ut omnes hos casus ꝓsequitur Matthęus de Affli. deci. 241. quidam Notarius ita declarans. l. Lucius. in fi. ff. mandat. de cuius materia uidendum est etiam per Guid. Pap. decis. 117. per totam decisionem. & Fely. in c. constitutionibus. extra de offi. delega.

76 ¶ † Quæro utrum pœna cautionis de non offendendo fisco acquiratur, si ei fuerit stipulata per alium, quàm per Notarium publicum? ꝙ non Bar. in l. arbiter. ff. de arbit. uide not. in l. 1. ff. de iure fisci.

77 ¶ † Quæro utrum ille qui habet cautionem de se representando eidem satisfaciat mittendo procuratorem? Videtur ꝙ sic, quia citatus ut compareat satisfacit citationi mittendo procuratorem. Dic aut sumus in criminalibus corporis afflictiuis & debet principalis personaliter se præsentare iux. no. in l. pe. ff. de publi. iud. Aut in aliis non afflictiuis tam ciuilibus quàm criminalibus, & puto ꝙ per procuratorem satisfaciat, nisi aliud obstet, quia ꝙ per alium facit ipse facere uidetur. l. 1. §. deiecisse. ff. de ui & ui arma.

78 ¶ † Quęro sententia lata contra principalem an mandetur

 execu-

executioni contra fideiussorem sine nouo processu? quòd sic uide Bar.in l.1.ff.iudic. sol. Guid. Pap. deci. 26. decis. 215. Deci. cons.401.col.fin. Soz.iun.consi. 147.col.1. lib. 3. Cum.Cagn. in re.in eo.§.2.ff.de reg. iur. licet contra alleget Alex.cons.131.col.2.lib.2. Planè si in contumaciam principalis condemnatus fuerit puto contumaciam huiusmodi minimè nocere fideiussori ut alias in simili casu quandoque scripsi supra,nu.147. uide de materia Vantium de nullitat. pag 43.

79 ¶ † Quæro stante consuetudine ꝙ ostendens pacem possit abolerę hanc cautionem,quidam ostendit se facere pacem tali,& nõ contra talem sibi pacem facere an sufficiat, uidetur quòd non iuxta not.in l.1.ff.de pactis.Perusię aliter teneatur & rõ forsitan est quia si hoc est à se amplius non est timendum nisi forsitan ex pace minor pœna resultet.

SVMMARIVM.

1 *Constitutio quædam circa cautionem de nõ offendendo,per quã tollitur differentia inter dictionem,per, & dictionẽ,pro,cum alijs ad materiam, ac declaratio ipsius constitutionis per longam seriem usq; in finem capituli.*

2 *Edicta in materia correctoria iuris communi, exorbitantia & præter rationem,sunt restringẽda quantũ fieri potest,quinimmo etiam improprianda,ut reuertamur ad ius commune.*

3 *Statuta edictaq; nouiter edita, recipiunt interpretationem à iure communi maxime ne quis indebite damnum patiatur.*

4 *Statutum quòd corrigit ius commune non recipit interpretationem à iure communi,quòd intelligitur de eodem correcto.*

5 *Cessante ratione,cessat.l.dispositio.*

6 *Dispositio remanet si supsit una ex rationibus, licet alia cesset.*

7 *Homicidæ uerbum quos compræhendat,& quid significet.*

8 *Verbum maleficij quid compræhendat sub se.*

9 *Altera pars orationis declaratur per alteram.*
Hostes qui dicantur.

10 *Verba non sunt captanda, nisi ubi menti deseruiunt, alioqui nec quotidianus sermo consisteret.*

Pax

11 *Pax quærenda est ex mandato Dei, diliges.*
12 *Stipulationes conuentionales differunt à stipulationibus prætorijs cautionalibus. ut ibi.*
13 *Notarius non quærit alteri, nisi eo ratificante.*
14 *Camera aut ærarium est quid in mente consideratum sine sensu.*
15 *Lex imitatur naturam.*
16 *Fictio non cadit super impossibili, uel super eo, quòd rerum natura fieri non potest.*
17 *Procurator licet non admittatur in quibusdam causis corporis afflictiuis tamen excusator ad instruendum iudicem, ne innocens pereat non reijcitur.*
18 *Allegationes in iure propriè dicuntur.*
19 *Allegare aliud est quàm excipere.*
20 *Quælibet dispositio intelligitur rebus sic stantibus.*
21 *Quæ de nouo emergunt nouo indigent auxilio.*
22 *Iura omnia limitantur ex causa.*
23 *Tollere causam, & tollere rationem, est idem.*
24 *Lex quæ tollit rationem non uidetur lex, quia sine anima uidetur.*
25 *Dictio, pro, ablatiuo seruiẽs habet multas significationes. ut ibi.*
26 *Præpositio, per, accusatiuo deseruiens uarias habet significationes.*
27 *Differentia quando uerbum, pro, uel uerbum, per adhibetur uerbo, promitto, & quando ad uerbum, offendere. 28.*
29 *Treuga, uel cautio, non est quòd frangatur ex his dictionibus, pro, uel, per, sine mandato.*
30 *Fideiussores ex obligatione uidentur perstringi.*
31 *Pœnæ sunt restringendæ.*
32 *Dictio, perinde, regulariter est nota similitudinis, & improprietatis.*
Casus fictus, non habetur, pro uero, præsertim in materia odiosa.
33 *Contumax uerus est, qui personaliter fuit citatus.*
34 *In exorbitantibus, & correctorijs, non argumentatur etiam ex maioritate rationis.*
35 *Citatio ad defendendum, est iuris naturalis.*
36 *Aequitas non patitur ut innocens condemnetur.*
Interpratatio est iuris naturalis.

Scholia ad constitutionem quãdam, in materia de cautione de non offendendo. Cap. LI.

1 EXTAT ¶ † constitutio in hæc uerba, & insuper quoniam eo hominum proteruitas deuenit, ut hi qui homicidiũ
2 uel maleficium aliquod committere deliberarũt prius quærant eos, quos pro hostibus habent treuga, uel pace assecurando decipere quo facilior postea delicti perpetratio reddatur. Expeditq; propterea ut quos (Dei timor non retinet pœnarum rigor deterrendo coerceat) populorũ quieti consulere, & flagitiosis sicariorum, & scandalosorum ausus reprimere, nec nõ cauillationes quas ad solutiones pœnarum effugiendas hominũ malitia in dies excogitat subuenire uolentes. ¶ Quòd pœnæ conuentionales pacis, & treugæ ruptæ, & fideiussiones de non offendendo stipulentur in futurum per notarius in fauorem Cameræ, & non communitatum uel alterius, & si aliter facta fuerint in ipsius cameræ fauorem factæ intelligantur, quodq; in causis treugarum, pacisve fractarum ipsi fractores, uel eorum fideiussores allegare non possint, ꝙ offensa ex noua cã processit, nec allegata cuiquã suffragetur. ¶ Et qa in cautionib. de non offendendo partes intendit ut sibi eo, quo melius fieri potest modo cautũ sit ne offendantur impunè. Et ideo promittunt non solum pro seipsis, sed etiam pro aliis eorum coniunctis quòd non offendent, neque offendi faciẽt, sed aliquando notariorum imperitia sensum, & intentionem partium peruertere contigerit eos scribere quod partes promittunt non offendere per se, & alios ubi scriptum opportuisset pro se & aliis, differentiam ualet inter has uoces per, & pro, nescientes uel confundentes. ac propterea præbentes ansam cauillosis, & delinquentibus prætẽdendi ꝙ facta offensione per unum ex comprehensis in fideiussione non sit commissa stipulatio pœnæ nisi constet, ꝙ ille qui ostendit de mandato principalis offenderit. Vnde etiã infinita scandala eueniãt illaq; remanent impunita. Idcirco ꝙ si quis notarius errorem huiusmodi commiserit mille ducatorum auri applicandorum pœna plectatur. & nihilo-

hilominus siue ex dictione, per, siue ex dictione, pro, stipulatio concepta & offensio secuta fuerit principales promittentes ad pœnam conuentionalem perinde tenentur ac si ipsis mandantibus offensio emanasset, & de eorũ mandato legitimè constaret, &c.

¶ Ad interpretationem huius edicti prima propositio fa-
2 cienda est † quòd huiusmodi edicta correctoria iuris communis exorbitantia & præter rationem communem sunt restringenda quantum fieri potest: quinimmo etiã improprianda ut reuertamur ad ius cõmune iuxta no. per Doct. in c. cum dilectus. ex. de consuet. Alex. in l. generaliter, in prin. C. de insti. cons. 115. lib. 2. cõs. 79. col. 2. & seq. lib. 6. Deci. cons. 466. col. 2. Soc. iun. cons. 32. col. 2. li. 3. consi.
3 1. col. antepe. lib. 2. ¶ Secunda propositio est † q̃ statuta edictave nouiter edita recipiunt interpretationem à iure cõi. l. 2. C. de noxal. l. 1. §. lex falcidia. ff. ad leg. falc. Bart. in l. omnes populi. 6. q̃ő. princ. ubi posteriores. ff. de iust. & iur. Paris. cons. 59. lib. 3. Deci. cõs. 444. col. 2. cons. 445. nu. 34. maximè ne quis indebitè damnum patiatur. Alex. cons. 62. col. 2. lib. 2. & illud quod idẽ Ale. cons. 20. col. fi.
4 li. 2. dicit hoc est † statutũ quod corrigit ius cõe non recipit interpretationẽ à iure cõi, intelligitur eodẽ correcto ut iura iuribus concordentur. ad hęc uide Soz. iu. cons. 3. col. 4. lib. 3. cons. 92. col. 2. lib. 1. cons. 29. col. 7. lib. 1. licet aliter quidam dicant quando talia statuta sunt contra ius cõe.

¶ Et insuper statuimus & ordinamus repetendum est quoniã harum dictionum ius hæc uidetur in materia, quæ est: itẽ iux. not. in §. itẽ lapilli. insti. de rer. diuis. & in l in repetendis. ff. de lega. 3. alia. n. quædam erant præordinata.

¶ Quoniam eò hominum proteruitas &c. in hac parte duæ rationes redduntur statutorum, & duo statuuntur. Prima rõ esse potest cõis utriq; statuto, licet aptius in secundum dictum. Secunda ratio æque utriq; dato aptari potest, sed melius in primum cadit. Quod sic casus eueniat quòd iste rationes cessent an cesset dispositio in hac prima parte? uti
5 que † quia cessante ratione cessat l. dispositio. l. à Titio. ff. de uerb. obl. nec uidentur rationes impulsiuæ, sed finales.

6 l.1.ff.de postulan.† Sed quid si una supersit ex pdictis ratio nibus alia cesset? utiq; remanet adhuc dispositio.§.affinitatis.instit.de nupt. diximus auté singulas illas rationes dictis illis aptari licet principalius ad unũ magis q̃ ad aliud.

7 ¶Vt hi qui homicidium. † licet homicidæ uerbum generale sit,ut quicunque alterum cęderit homicida dici possit, quinimo ex solo animo homicida uideatur ut per glo.quicunque.c.si quatuor.23.q.fi.Itaque illud accipietur nõ occides,quilibet enim motus illicitus ad nocendum dicĩt homicidium.c.homicidiũ.de pęn.distin.j.& qui odit & q detrahit fratri suo,homicida dicitur.c.homicidiorũ.de pœniten.dist.j.& peccare animæ ratione quis dici possit occidere. Tamen in iure contentioso homicidium est quando homo,ita occiditur,ut moriatur, (ita ut ex uulnere homicidium factum non dicatur,nisi mors sequatur,)id quod in pract. ¶Quamobrem in statuto de occidente non comprehendetur uulnerans ex dictis in supradicto loco.¶Hæc co pertinent ut uideamus an hoc edictum restringi possit ad homicidiũ tm̃ quoniã hæc est rõ ut occurratur homicidio, ité talis est præfatio iux.l.fi.ff.de hær.insti.quod forsitan uerũ esset nisi subditum fuisset uel maleficium aliquod.

8 ¶Maleficium aliquod.† maleficii uerbum generale est, & comprehendit malum & damnum & iniuriam in alterum illatam,tot.tit.de oblig.qu.ex malefi. & forsitan comprehendit generaliter sumptum etiã quasi maleficio augetur ex relatiuo aliquod quod in minimo etiã uerificatur iuxt. alleg.per Dec.in l.cum quid,in prin.ff.si cer.pet.ita ut re-
9 strictioné illam pati non uideatur,nisi dicamus † unã parté orationis per alterã declarari,iux.not.in l.1.ff.de reb. dub.in l.utrum.eo.tit. sed re uera mens statuentis uidetur occurrere omni generi maleficiorum circa hoc.

¶Quos pro hostibus habent, hostis hic ponitur pro inimico,quia hostes sunt hi quibus bellum publicè populus Romanus decreuit.l.hostes.ff.de capt. & postlim.reu.quare si hinc id ita uellemus ad proprietatem uerborũ restringere iuncta præfatione, uel ratione,edictum nunquàm locũ haberet,uel si ad uniuersitates id restringendũ esset rarò,ue-

rum

10 rum mens est quæ multum operatur† uerbaq; nisi ubi mēti deseruiunt captanda non sunt, alioqui nec quotidianus sermo cōsistet. Pro autem in casu nostro loco significabit.

¶ Treuga uel pacis prætextu, in hac parte ergo non loquitur de securitate siue cautione de non offendendo, quare est casus omissus in hoc.l.cōmodissimè.ff.de lib. & posthu. quæ autem differentia sit inter treugam, pacem, & cautionem de non offendendo dixi in tractatu.

¶ Delicti perpetratio reddatur, sed quid si is, qui requisiuit pacē dicat animo ita calumniandi non feci an præsumatur? utiq;.l.merito.ff.pro socio, non enim sumus in gene-
11 re prohibitorum, quia †ex Dñi mandato quærēda est pax diliges proximū tuum, & pacē meam do uobis, pacē meam relinquo uobis.

¶ Quid si constet quod is qui deliquit non requisiuit pacem, uel fuit coactus à superiore ad faciendam pacē an cōtineatur in edicto? uidetur q; non, qa cessat ratio hæc nisi alia supersit. Quæro si constet q; delinquens hoc animo pacē requisiuerit an extra ordinē puniri posit? puto.l.1.ff. de crim. stellio. quid si delinquens hoc animo requisierit pacem, sed alius, uel pr̄ dixit uadas sub fide mea, quia non offenderis, ut ita ille inermis adoriri posset, uel de hoc incertum sit an hoc animo? Certè si non constat uidetur casus omissus, & si cōstaret de tractatu hmōi ex mēte locum haberet edictum hoc uel extra ordinem cognosci posset.

¶ Deterrēdo coerceat, hinc uidet̄ quod ad terrorem edictū huiusmodi factū uideatur iunctis p̄sertim notatis per Bal. ad Specu. §.sentētia, in uerbo banna, col. 17. Gram. decis. 36. col. 2. & ex ibi dictis nō uidetur adamussim exigendū.

¶ Nec non cauillationes quasdam hæc uidetur secunda ratio licet magis per modum effectus quā per modum rationis fuerit inserta, & uidetur magis impulsiua quā pœnalis.

¶ Pœnæ conuentionales. ergo non habet locum in pœnis statutariis, item non habet locum in pœnis prętoria stipu-
12 latione cautionali p̄missis, †nāq; stipulationes conuētionales differunt à p̄toriis stipulationibus.l.1.de prætor. stipul. & l. prima. instit. de diuis. stipulat. Conuentionales

enim

enim fiunt prætore non urgente sed ex partium conuentione, sed non ita est in prætoriis cautionalibus, & ratio diuersitatis est, quia prætor in utilitatem cameræ apostolicæ id facere poterit. ¶ Quid ergo si pax treugave facta fuerit, sed pœna nõ apposita? certè est casus omissus. ¶ Quid si partes sibi stipulentur non rõne pœnæ, sed ratione taxationis interesse? uidetur ꝙ possint, quia edictum loquitur in pœna, & est casus omissus, & in dubio uidetur magis taxatio interesse nisi dicat pœnæ noĩe uerba notata in l. 4. §. Cato. ff. de uer. obl. poterit quoque & pęna, & interesse poni, uel interesse tantum, ut sit pœna in dispositione iuris cõis.
¶ Per notarios, quid si non notarius sed priuatus concipiat stipulationẽ uel conuentionẽ vr̃ casus omissus hic, sed vr̃ comprehensus in uerbis, & si aliter factæ fuerint in fauorẽ Cameræ Apostolicæ factæ intelligantur. Quid si notarius breuitatis gratia dicat promisit cum clausulis motus proprij? vr̃ non sufficere. l. 1. de uerb. obli. Sed quid si dicat dãtes mihi notario authoritatẽ extendẽdi cum clausulis mo-
13 tus proprii? vr̃ sufficere. l. si de mag. conu. ¶ † In fauorem Cam. Apostol. videtur quòd hæc stipulatio nullius sit effectus, qm̃ notarius non quærit alteri nisi eo ratificante secũdum cões traditiones per no. in l. absenti. ff. de dona. cum
14 simi. ¶ Sed Camera Apostolica non potest cõsentire, † quia Camera aut ærarium est, ut quid in mente consideratum sine consensu. ¶ Sed dic quòd tractantes ærariũ Cameramve Apostolicam, hac appellatione continebuntur. ¶ In fauorẽ Cameræ Apostolicæ non dicit in totum, quare dubitari potest, an si pro parte in eius fauorem an sit satisfactum? dic quòd in totum intelligendum est. l. si pluribus de leg. 1.
¶ Q. partes uolunt facere treugam, uel pacem, uel dare cautionem de non offendendo, sed dicunt nolumus apponere pœnam ne stipuletur Cameræ Apostolicę quid iuris? uidetur ꝙ sint audiendę. l. nec emere. C. de iure delibe. vr̃ quoque ꝙ officium iudicis circa hoc sit latissimum, ut ipse possit addere pœnã iuxta ea, q̃ aliàs supra latius scripsi. De significatione fisci, & Camerę Gui. Pap. deci. 453. camera. ¶ Et si aliter factæ sint in ipsius cameræ fauorẽ factæ intelli-

15 intelligãtur, uidetur ꝙ hoc nihil operetur namq; † lex imi
16 tatur naturam. §. per. inst. de adop. † & fictio non cadit super impossibili, uel super eo quod rerum natura fieri non põt, iux. no. in l. si is qui pro emptore. ff. de usucap. hic certum est factam stipulationem alteri, & lex uult esse factam Cameræ Apostolicæ. fac. not. in l. 1. §. accedit. C. de rei ux. act. in l. nam & si. ff. de adop. quare prius erat irritandũ aliter factũ, & cum esset irritum tunc fingendã stipulationem Cameræ Apostolicæ factam, ut in simili Imperator facit in l. 1. §. 1. C. de rei uxo. act. sed forsitan uenit; q̃a lex prohibet aliter fieri quàm Cam. Apost. ergo nulliter. l. non dubitari. C. de legibus, uel in necessarium antecedens id supplendũ est. l. illud. ff. de acq. hær. ¶ Sed quæro an hæc constitutio trahatur ad actus iuratos in quibus pœna alteri stipuletur quàm Came. Apost. uidetur ꝙ sic, quia iuramentum hic daret materiam delinquendi secundum rationem suprapositam, iux. not. in l. pacta quæ contra. C. de pact. contra quod non habet locum in iuratis; quia generalis dispositio non ad actus iuratos, uidetur dicendũ quòd quatenus concurrant rationes in edicto insertæ. 5. prima quia respicit publicam utilitatem ad actum iuratum quoque edictũ extendatur arg. not. per Mars. sing. ult.

¶ Ipsi fractores, uel eorũ fideiussores, iudex tñ ex officio, uel alius coram iudice excusator non impeditur, arg. l. sed si non defendatur. ff. de pœn. & no. in l. pen. §. publicè. ff. de
17 accusa. ubi † licet non admittatur procurator in quibusdã causis corporis afflictiuis, tñ excusator ad instruẽdum iudicem ne innocens pereat nõ reiicitur quod uarii tradidere.
18 ¶ Allegaré, † allegationes in iure propriè dicuntur, quare nõ vr̃ esse prohibitum facere positiones de noua causa, uel
19 forsitan excipere, † quia aliud est excipere, aliud allegare. planè hic uidetur generaliter accipi allegationis uerbum. ¶ Sed an ita latè ut excludatur implorari iudicis officiũ uidetur ꝙ non, argu. no. per Bar. in l. 1. §. & parui. ff. quod ui aut clam. ¶ Sed nũquid si & implorare officium iudicis fuerit prohibitum interdicatur condictio sine causa, uel indebiti, uidetur quòd non ex scriptis per Bar. in d. §. & parui; sed

sed contra uidetur: quia allegare tendit etiã ad actionem.
¶Offensa ex noua causa processit, hæc est magna constitutio quæ absolutè prohibet allegari nouam causam ad excusandum à pœna pacis treugæ & cautionis ruptæ, certissi
20 ma enim iuris regula est, q †quælibet dispositio intelligi
21 tur rebus sic stantibus.l.fi.ff.qui satis.cog.& †quæ de nouo emergunt nouo indigent auxilio.l.nec.ff.ex qb.cau.maio.
22 item nonne †ex causa omnia iura limitãtur.l.si hominé.cũ infinitis similibus.ff.mandat.hac enim ratione semper dici poterit hæc est causa ad limitandum & declarandũ hoc edi
23 ctum.¶Inde vr q hmõi edictum nõ subsistat, quia †tolle
24 re causam & rationem est idem.†lex aũt quæ tollit rationem non uidetur lex: quia sine anima uidetur hoc est ratione can.erit autem lex dist. I. ¶Quamobrem nõ iniustè for sitan restringetur hoc edictum ut causæ leues, & quæ non ꝑponderant antiquis causæ affectatę, & hmõi fuerint sublatæ, at causæ graues, & probabiles minimè. ut in simili de prohibita interpretatione Bar.scribit in l. oés populi.ff.de iu.& iu.Namq; si ad literam edictum hoc intelligas cogemur dicere q si ego te cum quo habeo cautioné ut tu contra meum uerbero, tu ne cõtra me offendas & rumpas cautionem cogaris flagris perpetuo cedi pati. ¶Sed an nunc sublata erit præsumptio illa, quòd ex noua causa? minimè puto, quia hoc edictum non dicit sed non sufficit præsumi nouã causam, quia requiritur quod sit grauis, uel aliter iusta, id est non leuis, uel affectata, itaque factum tale probãdum erit ex quo talis causa probetur, quæ grauis sit & non leuis, uel affectata, alioqui frangens non excusabitur. Hic in prosequendis exemplis, & particularibus huius rei instandum esset, sed in his arbitrium iudicis reseruarem.
¶Casum hunc non ꝑtermitto Titius Seio dicit, tu es fur: Seius contra dicit mentiris, at ille alapa Seium percussit an ex his satis excusandus sit Titius quasi sit noua causa iusta & grauis? uidetur q non, quia ipse est principium rixæ; de hoc edicto quoad accessorios, uide q aliàs dixi de noua cã.
¶Et quia in cautionibus de nõ offendédo partes intendũt, de utraque parte hic intelligendum est, cum tamen infe-

rius

rius de parte quæ promittit intelligatur. ¶ Vbi scriptum oportuisset pro se & aliis differẽtiam inter has uoces, per,
25 & pro, nescientes, uel confundentes. † Dictio, pro, ablatiuo seruiens uarias habet significationes, aliquando enim ante, aliquando in, aliquando iuxta, aliquando causa, aliquando loco, quæ significatio proculdubio proxima est significationi causæ, sic in casu nostro promittere pro Titio
26 erit loco uel cā Titij promittere. ¶ † Per uerò ꝓpositio est accusatiuo seruiẽs quæ æque uarias habet significationes, quandoque n. iurantis est ut per pol, qñque mediū significat ut in casu nostro si promittitur non offendi per aliquē,
27 intelligitur per illius mediū. ¶ † Quamobrē si uerbū, pro, & per, adhibeantur uerbo promitto hanc habent differentiā quòd, pro, significat loco, ut promitto pro meis cõiunctis, id est, loco siue cā illorū. ¶ Quod si dicatur promitto ꝑ meos coniuncto, (certè significationē aliam non habebit
28 q̃ per modum iurandi.) ¶ † Sin autē hæ dictiones referātur ad uerbū, offendere, hanc habēt differentiā ut, per, significet mediū, pro uerò significet causam finalē, ut sit sensus ꝓmitto non offendere ꝑ coniunctos, id est, medio eorū promitto non offendere pro meis coniunctis, intelligetur causa illorum, quod in promissione non offendi per attinētes non requiratur mandatū. Corn. cons. 248. li. 4. ¶ De mandato principalis offenderit, sensit legislator ꝙ si promittitur non offendere, per coniunctos, requiratur mandatum, non aūt si promittatur pro siue ad offendo, siue ad promitto referatur, sed in hoc erratur; quia qui promittit non offendere pro suis consanguineis, promittit de se tm̃ causa consanguineorum, uel si referatur ad promitto, si eorū nomine ꝓmittatur, requiritur ratificatio, promittit. n. factum alienū. ¶ Mille ducatorū &c. certa pœna maior est, quàm delictū, etenim nõ in his uocibus difficultas cõsistit, sed in eo ꝙ ꝓmittiř factū alienū. ¶ Et nihilominus siue ex dictione ꝑ, siue ex dictione pro. hinc vř ꝙ id quod supradictū est ratio
29 fuerit impulsiua huius edicti, † re uera tm̃ ex his dictionibus non est ꝙ sine mandato frangatur trenga uel cautio. ¶ Principales promittentes, ergo non habet locum in fide-

30 iussoribus, quoniam in illorum odium uidetur, † fideiussores autem ex obligatione uidentur restringendi. l. blanditus. C. de fidei. l. quidquid astringendæ. de uerb. obl.

¶ Pœnam conuentionalem, ergo non habet locum in pęna statutaria, quia non est recedendum à proprietate uerborum. l. 3. §. hæc uerba. ff. de neg. gesto. Idem etiam in pœna
31 iuris communis dicendum erit, quoniam † pœnæ sunt restringendæ. l. pe. ff. de pęn.

32 ¶ Perinde teneantur. dictio † hęc regulariter nota est similitudinis, & improprietatis. §. restituta. insti. ad Treb. unde proculdubio non uenit hæc in dispositione de mandante frangi pacem, quia est casus fictus & casus fictus non habetur pro uero præsertim in materia odiosa.

¶ Ijdemq; notariis sub simili pęna mille ducatorum auri Cam. Apost. applicādorum si repetantur præcedentia, uel simili quæ apponetur in fideiussione de non offendendo.

¶ Vel fictè propter contumaciam in non comparendo, q̃d si fictè confiteatur aliter quam per cōtumaciam in non cōparendo, ut quia non uult respondere inquisitioni, uel capitulis iuxt. cap. 2. de confess. lib. 6. uidetur quòd sit casus omissus, & propterea iste & similis hoc edicto non cōprehendatur. l. commodissimæ. ff. de libe. & posthum. Contumax autem quando dicatur requirit altiorem indaginem, contumax tamen uerus non est nisi citatus personaliter, & ita forsitan restringi posset iste corus.

33 ¶ † Pœna conuentionalis ex rationalibus prædictis nō erit idem in statutaria uel legali.

¶ A fideiussoribus sed an à principalibus promittētibus ui
34 detur, quòd non, quia † in exorbitantibus & correctoriis etiam ex maioritate rationis non argumētamur iuxt. auct. quas actiones. C. de sac. sañ. eccl.

¶ Nulla excusatione, uel exceptione penitus admissa, sublata est ergo exceptio excussionis, non autem exceptio diuisionis si plures sint fideiussores iux. l. inter eos. ff. de fide iuss. sed an exceptio habetis in manibus principalé ꝓmittentem, uel quia eundé conuenitis? minimè si ille est soluédo; quia bonafides non patitur, ut bis idé exigatur. Sed an

sic

ſic illa ſit exceptio me nõ citaſtis in contumacia iſtius uel illius confeſſione, quia cõfitetur in præiudiciũ meũ? uidet̃
35 quòd non, quia † citatio ad defendendum eſt iuris naturalis. clem. paſtoralis. de re iudic. Sed uidetur ſufficere qñ conuenitur ipſe fideiuſſor quòd ſufficiat, tunc enim poterit opponere, quæ uelit, ſed an ſublatum ſit officium iudicis implorari uidetur q́ non iux. not. in l. 1. §. & parui. ff. quod ui aut clam. de materia hac quędam dixi in tractatu.

¶ Stipulationi contrauentum, hinc notare licet, q́ ut hẽat locum huiuſmodi editum, debet conſtare prius de delicto iux. not. per Marſ. in princ. ſuæ pract. & horum danda erit copia fideiuſſori ut ſe defendere poſſit.

¶ Statim ad ſoluendum. cum aliquo temperamento intelligendum eſt iux. l. quod dicimus, de ſolutio. & l. debitorib. ff. de re iud. & l. fi. C. de execut. rei iud.

¶ Neceſſariæ defenſionis, deducendo & allegando uidelicet ne indirecta uidetur, quòd attento iſto cõtextu, quando fideiuſſor ſe tantum defendere uelit non etiã principalé, aut delinquenté, excipiens, q́ delinquens fecerat ad ne-
36 ceſſariã defenſam ſit audiendus, quia ratio ceſſat, & † ęqui tas non patit̃ ut innocens condemnet̃. l. abſenté. ff. de pęn. An autem implorari officium iudicis & proponi conditionem indebiti, hinc tollatur ſupra tetigi. Plane ſi principalis, uel delinquens conſtituatur in carceribus uidetur ut ſupra dixi iuuandus fideiuſſor.

¶ Quod & ad legitimam per parentes ſoluendam ut illam ſoluere teneãtur, illud quod ad diuerſa referri poteſt, & re uera ineptè cadit hic. Planè uidetur quòd referat quod infra ponit de contumacia. De aliquo delicto condemnati, hanc notare licet quòd non habet locum in fideiuſſoribus de non offendendo filiis, quia ipſi non delinquunt. Generaliter tamen loquitur in omnibus delictis de qua materia latius tractandum eſſet.

¶ Omni ſublata interpretatione, de friuola intelligitur non de fundata in iuris rationibus interpretatione iuxta not. p Bar. & poſteriores in l. omnes populi. ff. de iuſ. & iu. interpretatio enim eſt iuris naturalis. l. 2. ff. de orig. iur.

SVMMARIVM.

1 *Transuersales dicuntur de linea superiori, & inferiori.*
2 *Dispositio generaliter loquens, & indistinctè, et generaliter, indistincte à nobis debet intelligi.*
3 *Pro nobilibus multum præsumitur.*
4 *Bona fama est thesaurus inæstimabilis, & lilium dans suauitatem odoris.*
5 *Pro doctoribus multũ præsumitur, et multa legũtur priuilegia.*
6 *Statuta & bãnimenta correctoria, iur. communis, & exorbitã tia, et præter rationem, sunt restringenda quantũ fieri potest, quinimmo etiam improprianda ut reuertamur ad ius cõmune.*
7 *Infinitas inquantum fieri potest in unaquaque dispositone est euitanda, non solum in odiosis, sed etiam in fauorabilibus.*
8 *Descendentium appellatione, et familiæ, non ueniunt nisi hi, qui sunt usque ad quartum gradum.*
9 *In materia agnati uel cognati etiam si loquatur per uerbũ perpetuo, uel huiusmodi non egreditur decimum gradum.*
10 *Transuersalium appellatione solum uidentur uenire agnati.*
11 *Cognati, & ascendentes per fœminas, non ueniunt in decisione transuersalium.*
12 *Verba semper debent accipi in potiori significatu.*
13 *Spurij non sunt neque agnati, neque cognati, ita ut nec per legitimationem dici possit agnatus.* 14. *quia sunt infames infamia facti quæ per neminem tolli potest.* 15.
16 *Transuersales tribus modis dici possunt ut ibi.*
17 *Accessorius non debet puniri maiori pœna quàm principalis immo minori.*
18 *Frater fratri nõ dicitur transuersalis, sed est principium transuersalitatis.*
19 *Maritus & uxor non sunt affines, sed principium affinitatis.*
20 *Vnus non est numerus, sed principium numeri.*
21 *Frater superueniens rixæ alterius fratris ignorans factũ offendit aduersum fratres, non tenetur.*
22 *Pax potest rumpi ex noua causa.*
23 *Intercessens in delicto, nõ appensate, nec dolo, sed casu, uel ignoranter, non est puniendus.*

24 *In dubio præsumitur quòd quis casu uel forte fortuna, interue nerit in rixa.*
25 *Dispositiones huiusmodi odiosæ restringuntur usque ad quartum gradum.*
26 *Edictum de uindicta transuersali, debet intelligi de his, qui faciunt uindictam principaliter, non accessoriè.*
27 *Nullum est delictum, ubi non est dolus.*
28 *Fiscus probare debet ob suum interesse, quãdo dubitatur an spurÿ faciant transuersalitatem.*
29 *Verba diriguntur ex parte uindicantis.*
30 *Verbum transuersalis, est dictio determinans, et debet pariformiter determinare.*
31 *Ad officium iudicis pertinent, licet pro reo non sit aliquis defensor, perquirere de innocentia rei.*

Consilium siue allegationes ad edictum, quòd faciens uindictam transuersalem, teneatur pęna seditionis rebellionis & læsę maiestatis crimine. Cap. LII.

IN NOMINE Domini &c. Quòd dominus A. de quo quæritur fecerit uindictam transuersalẽ uidetur esse clarum, quia si rectè computetur. B. primo offenso secundum ius ciuile cõiunctus
1 est in nono uel decimo gradu, & † transuersales dicuntur ex linea superiori & inferiori. l. stemmata. ff. de grad. affin. & declarat Ange. Aret. inst. de grad. §. quarto gradu. col. fi. Inde uel si negetur dominus A. transuersalis ad B. tamen non ex hoc sequitur quin offensus à domino A. sit transuersalis primo offenden. B. quia est eiusdem frater ex quo ex transuerso eidem coniungitur. §. 1. insti. de grad. ibi ex transuerso & in l. 1. ff. eo. tit.

¶ Nec obst. si pro domino A. consideretur ꝙ uerba de uindicta transu. debẽt intelligi respectu B. primi offensi, hoc est, ꝙ inter transuersales uindicta prohibeatur, quia edictum seu bannum hãc interpretationem pati non uidetur,

2 †quia generaliter loquitur & indistinctè quare & generaliter & indistinctè à nobis intelligi debet. l.1.§.generaliter. ff.de leg.præst. Alex. cons. 110.col.4. li.6.cons.155. lib.eodem.& cons.186.nu.16.li.eodem scribit.in l.si de certa.C. de transa.Crauet.cons.201.nu.34.li.1.& cons.228.per tot. li.2.Inde uerbum illud offensa,positum in edicto si non intelligeretur ex parte primi offendétis esset superfluum, quod esse non debet.l.si quādo.ff.de leg.3. Alex. cons.33.col.2. lib.3.Felin. c.in nostra.col.3. extra de rescrip. Aym.cons. 13.nu.24.cons.284.in prin. Deci.cons.3.col.2.Rip.c.1.nu. 72.extra de iudiciis,& magis conuenit transuersalitati ultimi offensi quam primi & nunc offendentis, quare ratione conuenientiæ & ad offendentis & ad offensi transuersalitatem edictum referretur Ang.not.in l.semper.ff.de reg.iu. & per Soz.in l. 1.in 4.notab.ff.de reb.dub. & per Soz. iun. cons.76.post Cur.Iun.nu.5.lib.2.

¶Hæc sunt quę prima facie me inclinabant ad dicendū dominum A.incurrisse in edictum de uindictis transuersa. & eam debet uindictam transuer.commissæ. Veruntamen attenta probitate:bonis moribus bona fama,dignitate familiæ,& multis aliis circunstantiis dicti domi.A. in huiusmodi crimine læsę maiestatis,seditionis,& rebellionis de qui
3 bus in edicto illum incidisse non potui mihi psuaderi,†,pro nobilibus enim multum psumitur iuxta gl.in c.illud.4.dis. Ang.in l.si à bonæ fidei. ff.de rei uendi. Gerard. sing.30.pro nobilibus.cum allegatis per uer.in tractatu de Impe. elig.
4 col.12.à quo non abest †bona fama est thesaurus inæstimabilis & lilium dans suauitatem odoris,sic Bal.in l.1.col.5. C.de cons. cum aliis priuilegiis bonæ famæ quæ cumulari possent. Accedat quod dominus A.est scholaris acutissimi ingenii & optimæ spei ex quo debet gaudere priuilegiis Docto.arg.no.per Abb.in procę.Gregorii pro doctoribus autem multum præsumitur,& multa sequuntur priuilegia secundum Abb.in c.in nostra,de procuratorib.repe.in auth. habita.C. ne filius pro patre. Cassaneus in cathalogo de gloria mundi parte octaua conside.&c.

¶Pro cuius domini A. iustitia & innocentia demonstran.

multa

multa dici possent, ipse tamen urgentiores rationes tantū adducam cæteris prætermissis.

6 ¶†Primò,quia sciendum est, q †huiusmodi statuta & bannimenta ut correctoria iuris commu.exorbitantia,& præter rationem & rationabiles pœnas sunt restringenda quātum fieri potest,quinimmo etiam improprianda ut reuertamur ad ius commune iux.no.per Doc.in c.cum dilectus. de consue. Alex.in l.generaliter. in prin.C.de instit.cons. 115.li.2.cons.79.col.2.& seq.lib.6.Deci.cons.466.col.2. Soz.iun.cons.32. col.2. lib.3. cons. 1.col.antepe.lib.2.ubi infortioribus terminis prædicta affirmauit. Quarto ergo magis non stringent ubi non impropriantur?

7 ¶†Secundo,quia certum est, † q in unaquaque dispositione quantum fieri potest infinitas est euitanda, non solum in casibus odiosis,sed ét in fauorabilibus, in odiosis tamen

8 pssertim secūdum iura uulgaria, & hinc est q †appellōne descendentium & familiæ uel huiusmodi nominum non ueniunt, nisi ij qui sunt usq; in quartum gradum secundum cōem opinionem. p §.nos igitur.in auth. de resti.fid.com. & per doc.in l.filiusfa.§.diui.ff. de leg 1.Alex. cons.56.cōsideratis, in prin.li.1.cons.59.attentis, lib.3.Soc.iu.consi. 136.col.fi.li.3.ubi cumulat Dec.cons.324.col.fi.& 140.li.

9 3.ubi uoluit, † quid etiam si dicatur perpetuo tamen huiusmodi nomina non egrediūtur decimum gradum & licet prædicti loquantur ut plurimum in fid.com. & restitutioni bus tamen plerique etiam loquuntur generaliter in qualibet materia odiosa alioquin si ipsi ita non loquerentur id dicere debemus, quia est eadem ratio. restringetur ergo hoc bannum intra. 10.uel 4.gradum.

10 ¶† Tertio quia transuersalium appellatione solum vñr uenire agnati ut uidemus q in feudis transuers.succedit transuersalis iuxta no. per Bal.& alios. in c.j.de succe.& gradibus feu.cum allegatis per Par.cons.13.col.fi.li.2. & nemi

11 ni dubium est† q cognati & ascendentes per fœminas non ueniunt in illa decisione iuxta notata. in c. 1. qui feu. dare poss.& de success.feu. Vbi etiam loquuntur de Bastardis in feud. non succedunt, uel si largo modo uelimus accipere

prohibente vendi res & bona agnatorum uel bona patrimo-nialia, qa intelliguntur de bonis quæ sint habita per superiores ascendétes, & non ex diuerso columnello, ut in stat. Lucensi consuluit Dec. cons. 222. uiso puncto tertia col. & Soz. iu. cons. 1. per totum li. 2. sic ergo interpretabimur hoc edictum de uindicta transuers.

¶ Quintò pro Domino A. ultra præmissa adest hæc urgens ratió, quia vr̃ presupposito q̃ ipse p̃stiterit opem uel astito rit facto & insultui de quo imputatur, tñ non propterea dicitur fecisse propriè sed impropriè, ut per Bar. in l. is qui opem ff. de furtis, in l. sed si unus. §. seruus. col. fi. ff. de iniuriis. & edictum loquitur in personam, utens huiusmodi uerbis, Che nessuna persona, &c. ¶ Quare mandans, præstans opem & assistens hoc edicto non comprehenditur secundũ Bar. & alios cõmuniter in l. si quis id qđ. col. fi. ff. de iuris. om. iudic. Alex. cons. 64 li. 4. per totum Dec. in repe. l. consilii. col. fi. ff. de reg. iu. cũ si. de qbus p eundẽ Dec. in l. is dã num de reg. iu. ubi Cag. & Cur. in l. 3. §. si procu. qu. quis iu.

17 ¶ † Sextò adest hæc ratio: quia non debet maiori pœna puniri accessorius quã ipse principalis, imò debet puniri minori, ut per Castrens. in l. refectionis. ff. communia prædiorum Mars. in notabili 175. concesso uno. Veronen. cons. 4. uisa propè finem, & Soz. iu. cons. 34. col. pe. li. 2. Principalis autem fuit B. iste aut non tenetur q̃ probatur hoc modo

18 † frater fratri non dicitur transuersalis, sed dicitur princi-

19 pium transuersalitatis: arg. eius q̃ dicimus q̃ † maritus & uxor non sunt affines, sed principium affinitatis, ut per gl. in l. affinitati. Cod. communia de succes. & dicere solemus

20 q̃ † unus non est numerus sed principium numeri, ut per Doct. in l. 2. §. mutui datio ff. si cer. pet. Accedit. q̃ iste qui a B. fuit offensus dicitur astitisse C. primo offendẽti ex quo uidetur eidem iniuriam & damnum intulisse & æque rem constituisse principalem arg. notat. per Fely. in c. sicut dignum extra de homicidio, ita ut non sit uindicta de transuerso sed in principalem.

¶ Septimò pro Domino A. allegatur pulchra decisio Bal. in l. 1. col. fin. uersicu. quæritur unus incipit rixam. Cod. und.

21 und.ui,ubi uoluit ꝙ † si unus frater incipit rixam & alius deinde superueuit ignorans id quòd actum esset, & vulnerauit aduersarium fratris rixantem, ad nihilum tenetur, sic nos dicimus quòd dominus A. aliud agens in ecclesia audito rumore ad rem conuentum & uidens illos pueros amicos suos ab illo maiori inculcari prȩsupposito sine præiudicio ueritatis incipit eos defendere ex quo licuit dictum inculcanté uulnerare, & aliud facere ad defensioné puerorũ iuxta doctrinã Bartoli in l. si quis in seruitute, uer. ultimo ex hoc. ff. de furtis Abb. in c. olim. col. penul. ex. de restitu. spoliat. Dec. consil. 678. & consil. 469. & per Soz. iu. cons. 68. quæst. quinta. lib. 3.

¶Octauò ego considero quòd dominus A. illi rixæ inchoatæ inter B. & D. & E. interuenit cum illi pueri retrocederent & inculcarétur à dicto E. ex quo illud est nouũ factũ, & post istud nouũ factũ dñs A. ibi interuenit, cũ ille E. effecerat se principalé excedẽdo fines inculpatæ tutelȩ con

22 tra nota. in l. 1. C. und. ui. Ité erat facta noua cã, † ex qua ut licet frãgere pacé, ita dicam bãnum edictumve de uindicta transuersali non obstare iuxta notata per Bart. in l. aut facta. §. causa. ff. de pœnis. Decius consi. 531. col. 2. Alex. consil. 155. lib. 4. eundem Alex. consil. 19. lib. 1. & consil. 113. lib. 2. Soz. iun. consil. 113. per totum lib. 3. cum similib. quæ allegari possent, & in quibus in dubio præsumitur noua causa quibus accedat, quòd dispositio intelligitur semper rebus sic stantibus. l. fin. ff. qui satisdare cog. & quòd ex causa omnia iura limitantur. l. si socerum. ff. mandati, cum similibus quȩ breuitatis causa non cumulo.

¶Nonò ad defensionem & innocentiam domini A demon

23 strandam considerandum est quòd † interessens in delicto, casu uel ignoranter, uel non appensatè, uel non dolo, non est puniẽdus, nec dicitur assistere nec auxiliũ opemve præ

24 stare † & in dubio præsumitur quòd errore, casu, & fortè fortuna, quis interueniat in rixa, ut per Felyn. in cap. cum uigesimum. ex. de offic. delegat. cum latè allegatis per Parisium consil. 152. nu. 29. lib. 4. Dominus autem A. non solũ per præsumptiones & cõiecturas, sed de ueritate probabitur

babitur ꝙ in tali loco aderat aliud agens de prædicta rixa nihil cogitans,& alia negotia sua pertractans.

¶ Decimo consideratur quòd in processu non probatur de transuersalitate D.A.quare cum fiscus non probauerit fundamentum intẽtionis suę in hac qualitate consistens, non debet obtinere,iuxt.ea,quæ latæ cum.in lib.meo de prob. neg.in princ.& tetigi in lib.de caut.de non offend.& probari debet qualitas non solum in facto,sed etiam in iure , ut in d.tract.tetigi.

¶ Ex his & aliis quæ declarari possent & ego propter instãtiam exigentis à me allegationes istas prætermitto accedente maximè ꝙ ex prædictis satis apparet de iustitia domini A.adeo quidem ut non solum non contrauenerit bãnimentis de transuersalibus sed iure defendi possit eum nulla pœna teneri, & iusta egisse.Item ex prædictis allegata pro fisco apparent resoluta , non grauabor tamen maioris declarationis gratia eadem repetere & resoluere.

¶ Non obstat ergo quod pro fisco supra allegabatur quòd transuersalitas accipitur suprà,& infrà,ita ut ex hoc dominus A.cõprehendi posset iux.l. intemma. ff.unde cognati, quia respondetur multis modis,& primò ꝙ ille text.intelligitur ut lineæ transuersales pendeant inter ipsos fratres & descendentes ex eis non autem supra per dictum §.primum instit.de grad.affinit. ¶ Secũdò respondetẽ ꝙ ille tex. procedat largè,& non strictè, & propriè,prout supra considerauimus triplicem transuersalitatem.¶ Tertiò respondetur ꝙ non sequitur est transuersalis , ergo uenit in edi-
25 cto de uindicta transuersali, quoniam † dispositiones hmõi odiosæ secundum cõmunem opinionem restringuntur usque ad quartum gradum secundum ius ciuile computandum,& dominus A. non solum B. non est in quarto , sed nec in decimo fortasse.¶ Quartò respondetur : quia dominus D. & B. uel alii descendentes & F.non sunt transuersales,quia dominus F.fuit spurius,& spurius non est agnatus neq; cognatus per l.si spurius.ff.unde cognati.vel si sit cognatus non sequitur quòd sit transuersalis,quia transuersalis in proposita materia, ut supra declarauimus dr̃ de agna

tis non de cognatis,& de baſtardis qui non ſunt de agnatio
26 ne.¶Quintò reſpondetur:quia†edictum de uindicta tranſ
uerſali,debet intelligi de his qui faciunt uindictam princi
paliter non autem acceſſoriè, Dominus autem A. non po-
teſt inculpari niſi de exiſtentia uel ope,quod tamen non eſ
ſe uerum,& fieri non poſſe,ut ſupra demõſtrauimus.¶Sex
tò reſpondetur: quia præſuppoſito quòd dominus A. fece
rit quidquid uelit fiſcus, ſine prẹiudicio tamen ueritatis
negari nõ poteſt quin prẹſumatur ꝙ dominus A.quidquid
27 fecerit ſine dolo† nullum autem delictum dicitur eſſe ubi
non adeſt dolus ſecundum iura vulgaria.¶ Septimò reſpõ
detur ꝙ edictum de uindicta tranſuerſali intelligitur dum
modo offenſus ipſe non ſit principalis uel noua cauſa non
ſubſit per ea quẹ ſupra allegauimus.Nos autem in caſu no
ſtro ut ſupra etiam demonſtrauimus. Et dici poteſt princi-
palis quoad primã rixam quia fuit aſſiſtens,deinde quoad
damnum A. effectus fuit principalis, & contraxit nouam
cauſam ſaltem inculcando dictos pueros B. & D. ultra in-
culpatam tutelam,& ut ſupradiximus domino A. negotiũ
hoc & rixam ignoranti licuit tertium defendere ſecundum
allegata per Bar. in l.ſi quis ſeruitute. ff. de furtis, cũ aliis
quæ ſupra diximus.

¶Poſtremo reſpondetur quòd fiſcus non probauit de trãſ-
uerſalitate in facto , & ſi in facto probaſſet, non probauit
28 ꝙ in iure,†qa cum dubitetur an ſpurii faciant trãſuerſali-
tatem,fiſcus hoc probare debuit,quia ſua intentio eſt.

¶Non obſtat ſecunda conſideratio ꝙ edictum de tranſuer-
ſalibus uindictis, intelligi debeat etiam reſpectu tranſuer-
29 ſalium offenſi:quoniam hoc negatur, quia†uerba dirigun
tur ex parte uindicantis. Quare ſecundum eum ad quẽ re-
feruntur intelligentur iuxt.l. plenam.§. æquitii.ff. de uſu
30 & habitatione.¶Secundo reſpondetur,quia † uerbũ illud
tranſuerſali ,eſt dictio determinans, & debet pariformiter
determinare,iuxta legem iam hoc iure.ff.de vulg. & pup.
Tranſuerſalis autem uindicta non poteſt dici ſalua grãma-
tica niſi reſpectu primi offenſi:arg.not.per gl.in §.1.inſti.
de ſeruitutibus. & in rub. de ope.nou.enunciation.

¶Tertiò

¶ Tertiò respondetur quòd posito sine præiudicio ueritatis quòd intelligatur uindicta transuersalis respectu ultimi offensi, negari non potest quin simul dicenda sit respectu primi offensi quoq;, & sic utriusq; uel offensi omnino. Nos autem supra demonstrauimus dominum A.B. non esse transuersalem. ¶ Quartò respondetur quia supra considerauimus fratres non esse transuersales, sed esse principiũ trãsuersalitatis. iuxt. gloss. in l. affinit. C. communia de succes. ¶ Vltimò respondetur replicando responsiones quas supra fecimus ad primum argumentum pro fisco, & maxime: quia dominus A. est sine dolo casu interueniẽs in rixa; quia fecit ad defensionẽ tertii inculcati ab E. & quia uidetur noua causa præsertim, quia E. excedebat fines inculpatę tutelæ contra notat. in l. 1. C. unde ui, cum contordãtiis. ¶ Ex his omnibus itaque iterum concluditur tam ex iure & iustitia domini A. quàm ex defectu iurium fiscalis, & inquirentium dictum dominum A. esse in statu innocentiæ, & iustitiæ, & propterea eundem esse absoluendum, & liberandum, nec aliquo modo posse deueniri ad banniendum eũdem secundũ formam edictum de uindictis transuersalibus nec alio mõ. Pro quib. prætereà optimè induci possunt examinata per Io Cæph. cõs. 53. & 54. Et insuper dñm G. eius patrem esse admittendum ad probandam innocẽtiam eiusdem domini A. uel si extaret statutũ de non audiendis inquisitis nisi personaliter constitutis, iuxta latè allegata per Paris. in cons. 152. col. 4. & in fine lib. 4. & ad officium iudicis pertinet licèt pro reo non adsit aliquis defensor antequã ad bannum deueniatur perquirere de innocẽtia rei. l. si non defendatur. ff. de pœnis, & per Paris. in dicto loco.

Finis ad laudem Omnipotentis Dei.

VENETIIS, apud Io. Andræam Valuassorem cognomine Guadagninum. M. D. LXXI.

